



De rebus gestis Ludovici, eius nominis undecimi, Galliarum Regis, & Caroli, Burgundiaæ Ducis,

<https://hdl.handle.net/1874/421581>

opac

S. qu. 249 =
3

DE REBUS GE
STIS LVDOVICI, EIVS
NOMINIS V N D E C I M I ,
Galliarum Regis, & CARO-
L I , Burgundiae
Ducis,

PHILIPPI COMINAEI, VIRI PA-
tricij, ex equestris ordinis, Commentarij, uere ac priu-
denter conscripti.

Ex Gallico facti Latini, à Ioanne Sleidano.

Adiecta est breuis quædam illustratio
rerum, & Galliae descriptio.

Cum Gratia & Priuilegio Imper. & Regio.

Argentina apud Cratonem Mylium,
Anno M. D. XLV.

DE REBAS GE

ATIS PAGINIC

MONUMEN

Q

CHIESTA

3

ILLVSTRISSIMIS PRINCI
PIBVS, IOANNI FRIDERICO,
Saxoniae Duci, Electori, & Philippo,
Lantgravi Hessiae, Ioannes
Sleidanus S. D.

DE laudibus historię multi copiose dixerunt & eleganter, illustrissimi Principes, acut nulli dixissent: omnium tam sensibus & oculis expositum est, quantā illa rebus humanis utilitatem adferat. Itaque in re satis per se commendata & aperta, non utar pluribus uerbis, deçp his commentarijs & eorum authore speciatim loquar. Is fuit nobili genere natus, & ubi per annos aliquot cum Carolo Burghundiæ Duce fuisset: accessit ad Ludouicum undecimum, Galliæ regem, qui illius opera summis in negocijs utebatur. Historiæ prima laus est, & unica prope, si uerè conscripta sit. Hanc ille in magno scriptorum numero, iure sibi potest arrogare. Quam uero sit in scribendo rationem secutus, clare testatur eius præfatio. Cùm Carolus octauus, Ludouici Regis filius, Galliæ præcesset: in lucem hæc emisit, quo tempore, si quid alienum à uero dixisset: facile poterat à multis, qui spectatores fuerant eorum, de quibus agit, insimulari mendacij. Quin uera sit igitur eius narratio, dubitari non debet. Loquitur

A ñ autem

autem de rebus maximis, & quod in præfatione scribit, se nouisse plarosc̄ omneis Europæ Reges, atq; consilia cū ipsis communicasse: quotusquisq; est omnium historicorum, qui hoc sibi uendicare possit? Nihil h̄c est uanum, nihil uulgare, nihil ex auditio ne aliqua leui perceptum: sed spectator & actor ipse fuit, & adeo quidem diligenter omnia notauit, ut uideatur nihil aliud spectasse, quam ut posteri s proderet. Atq; ex eo facile intelligi potest, quanta fuerit in ipso naturæ fœlicitas, & ingenij bonitas, & rerū experientia, qui cū m nullā eruditioñis partem attigisset, tam apte & cōcinne, tamq; sententiose scripsit. Vtriusq; autē uitam, mores ac ingenium eleganter depingit, ita ut Ludouicus rex, uideatur esse callidi, nec omnium innocentissimi: Carolus autē industriū & laboriosi, & acris & aperti principis exemplar. Quod in utroq; reprehendendū, aut etiam predicātū fuit, nihil in eo dissimulat: longe diuersus à plarosc̄ nostrę pr̄sertim etatis hominibus, qui dum in similibus argumentis uersantur: nimia uel laudatio ne uel uituperatione modū omnem excedunt, sic ut Panegyricum aut Verrinam aliquam actionē uideantur uelle conscribere: quo nihil esse potest magis indecorū. Est enim intolerabilis in omni historia, falsitas & mendacium. Qui sunt regibus familiares, pulcherrimas habent scribendi occasiones: uerum ex ijs plariq; non adfciciuntur ea cura, & rebus alijs, unde maius emolumenntum sperant, intenti sunt:

Quod

Quò sit, ut hoc munus ferè sibi sumant homines pri
uati, & à p r i n c i p u m negoc ijs alienissimi, quē admo
dum & superiori ētate, & nostra memoria uidemus
in eo genere occupatos fuisse monachos, ita quidē,
ut à multis iam tēporibus, nulla propēsit cōscripta
historia, cui fides haberi possit. Omnes enim, uel
deprauatis iudic ijs eorum qui scripserunt, uel incer
titudine narrationis, factae sunt mendosiores. Antis
quitū proprium hoc erat munus maximorum ui
rorum, qui uel ipsi præfuerāt rebus, uel cum ijs, qui
gesserunt, familiariter et domestice uixerant. Tales
fuerunt olim Thucidides, Cæsar, Polybius, Sallusti
us, Tacitus, & alijs quidam. Oportet sane histori
cū, non minus quam oratorem, esse uirum bonum,
qui falsi nihil admisceat, in quo nullum impotentis
affectus appareat uestigiū, qui cupiat lectorem fis
eti prudentiorem ex cognitione rerum, quas tra
stat, & meliorem. Qui hoc p r e s t a r e non potest, is
ad eam prouinciam se fateatur esse minus idoneū.
Pertinet enim ad bonos mores, ac reipublice inters
est, ne quid omnino, nisi quod sit cōpertum et explo
ratum, in lucem exeat. Est igitur summē res difficul
tatis, hodie, cōscribere ueram & puram narrationē.
Nam qui id omnium optimē efficere possunt, regū
& principum familiares, ij uel plane cessant, uel gra
tię & fauori plus quam æquū est, tribuunt. Reliqui
omnes, quin multa parum fideliter & integrē recis
tent, dubitari non debet. Nimirum profecto longe

A ij recessis

recessimus à veterum fide ac diligētia. Et sicut illo-
rum industriam in plērisq; rebus omnibus assequi
uel æquare non possumus: ita quoq; in hac eruditis-
onis parte cum ipsis collati , multis passibus à ter-
go relinquimur. Si quis autem est omnium, uel no-
stræ, uel etiam paulo superioris ætatis, qui pruden-
tia & ueritate proxime ad illos accedat: si meo quā-
dem iudicio est hic author, quoniam grauissimas
deliberationes, habitas in ipsis regum penetrali-
bus, antequam in actum uenirent, ponit ob oculos,
& diligenter explicat, quod uix pauci fecerunt, &
pauciores multò p̄f̄stare possunt, & ut possint, uix
tamē audent, ne quid offendant. Quod cūm ita sit:
et quia simulachrum quoddam in his libris contine-
tur atq; pictura horum temporum, in quib; uersa-
mur: idcirco putauī me facturū esse rē, nec ingratā
nec inutilē Germaniæ, s̄criptorem optimū, qui per
Galliam et probitatis et fidei amplissimum à morte
testimonium habet, latinitate donarem. Nullum
enī extare puto scriptū, eius quidem generis, ma-
gis aptum nostris temporibus, & quod formandæ
prudentiæ ciuili, ac ipsis, qui principum negotijs et
Reip. p̄f̄sunt, plus cōferre possit. Idem opinor om-
neis esse iudicaturos, qui diligenter totum euolue-
rint. Si post illū, alij similem diligentia p̄stitissent,
eaq; fide & religione seriem historię deduxissent ad
hoc usq; tempus: an dubitet aliquis, nostr. cum ue-
teribus posse conferri? Excitauit Deus his nostris
temporibus

temporibus maximas rerum mutationes, inter quas
primum obtinet locum, causa religionis, que ab hu-
mili & contempta origine, paucis annis, contra omnia
nrum hominum expectationem, ita creuit, ut sine
admiratione summa nemo possit ea de re cogitare.
Et quemadmodum maxima nostrae ætatis uituperatione
futurum sit, si non hæc omnia transmittantur
ad posteritatem: ita quoq; præclaram & insig-
nem cōsecuturi sumus laudem, si rem omnem ab
ipso statim primordio, diligenter & bona fide literarum
monumentis inseremus. Quod ut fiat, in uo-
bis, illustrissimi Principes, possum est in primis,
qui in ista causa nullum aut laborem aut pericu-
lum hactenus defugistis, & palam sæpen numero
estis contestati, malle uos omnia uobis eripi: quām
huius actionis patrocinium atq; tutelam deponere.
Ad uos igitur propriè pertinet, prouidere, ac ope-
ram dare, ut quid priuatim & publice uobiscum, &
cum uestri ordinis hominibus, à multis nunc annis
actum sit, omnes intelligent, & iudicium inenarrabile
potentiamq; Dei reuerenter agnoscant. Opor-
tet enim eū, qui uere & integre tractare hæc omnia
uelit, ex uestris bibliothecis instructū prodire, &
à uobis socijsq; uestris materia scribendi desumere.
Sunt non pauci magna uirtute & eruditione uiri,
qui hoc à uobis præstari, magnopere cupiunt, & ut
rem in primis utilem, ac posteritati quoq; necessaria-
m, uralde requirunt. In his etiam est Iacobus
Sturmius, patricius Argentinensis, qui & uobis,
ob excels

ob excellentem ac s^epe cognitam uirtutem, est per-
gratus, & toti Germaniæ, propter singularem ipsi-
us, ac perpetuam fidem studiumq^z erga Rempub.
debet esse longe charissimus. Quoniā uero ipsi, pro-
uesta prudētia, huius rei dignitatem satis intelligi
tis: multi in bonam spem ueniunt, non defuturoz
esse uos publicis utilitatibus. Atq^z ut magis appa-
reat, quām sit res illustris, uerè & prudenter scripta
historia; uolui hos Commentarios, Gallice perscri-
ptos ab authore, latino sermone nostris hominitz
bus exhibere, & subsplendore uestrī nominis emit-
tere, qui quoniam insignem obtinetis locum, inter
alios Germaniq^z Principes, ac plurimis pro uestro
munere estis occupati negocij: non pauca, meo
quidem iudicio, reperiens in hoc libro, uestris acti-
onibus & institutis accommodata. Deum pre-
cor, ut ad nominis sui gloriam, & ad pa-

trię salutem, consilia uestra

gubernet. Argentis

ne, Calend.

Ianuarij.

1 5 4 5.

Authoris

AVTHORIS, AD ARCHIE-
piscopum urbis Viennæ, in Gal-
lijs, præfatio.



Aepenumero à me petiſti, ut ea, quæ
mihi comperta eſſent de rebus gestis
Ludouici undecimi, Principis no-
ſtri, uir clarissime, tibi conſcriberem.

Feci, quod mandasti, & quām ueriffime omnia,
quæ mihi quidem in mentem uenerunt, notaui.
Quę fuerit eius uita, iuuenilibus annis, præter ea,
quæ mihi aliquando recitauit ipſe, nihil habeo:
Sed poſtequam coepi cum eo domestice uiuere:
ex meis collegis, nemo crebrius & familiarius a-
pud eum uerſatus eſt. Nam aut ex intimis cubi-
cularijs eram, aut alioquin occupabar in maxi-
mis illius grauiſſimisq; negocijſ. Habebat suas
uirtutes, habebat quoq; uitia, ſicut omnes alij
principes, quos ego quidem nouerim, ſunt enim
homines, ac in ſolum Deum cadit omnis perfe-
ctio: Veruntamen, quando, quod prauum eſt
atq; uitiosum, fugiunt, et uirtutiſ ſeſe tradunt: ma-
gnam ſane merentur laudem, eò quòd indulgen-
tius & mollius educantur, & natura ferè propen-
ſionis, B dent,

dent ad uehementiores affectus , quos nemo co-
hercet , & postquam excreuerint , illorum & au-
ribus & ingenio moribusq; plæriq; seruiunt.
Quantum ad me pertinet , uere omnia perscri-
bam , nec enim mentiri libet . Atq; ita fortasse fi-
et , ut aliqua loca incident , quæ parum ad ipsius
laudem spectare uidebuntur . Sed spero futurum ,
ut qui lecturi sunt , cogitent secum atq; perpen-
dant eas , de quibus antea diximus , rationes , ac ue-
niam mihi dent , ubi rem ipsam spectasse , & ueri-
tati omnia , nihil autem affectui priuato me tribu-
isse animaduertent . Hoc tamen ausim de illo con-
firmare , nullum me nouisse principem , in quo
minus esset uitiorum , si quis generatim omnia
complectatur & inspiciat . Vidi enim plærosq;
reges ac principes , non Galliæ tantum , sed & Bri-
tanniæ , & Flandriæ , & Germaniæ , & Angliae , &
Hispaniæ , & Lusitaniae & Italiae , nec solum uidi ,
uerum etiam res maximas egi , & consilia cum ip-
sis communicauī , sic , ut ex meis æqualibus & co-
œuis , nemo per Gallias ampliorem habuerit eo-
rum noticiam . Alios autem non uidi quidem ip-
se : uerum , quo essent ingenio præditi , ex legatis ,
quos mittebant , & literis , non obscure cognoui .
Sed

Sed dum illius uirtutes prædico : nolim aliorum principum honori & gloriæ per me quicquam esse detractum , & quicquid à me notari potuit, simpliciter & bona fide tibi mitto . Nam arbitror ideo te requirere hanc meam operam , ut quicquid Gallice scripsi : tu inter alia referas in opus latinum , quod constituisti aliquando perficere . Quod cum exibit : & Ludouici regis maxima uirtus , & ingenij tui præstantia fiet illustrior . Quicquid à me peccatum , aut minus bene prescriptum , aut etiam prætermissum erit : facile super pleuerit & Bocagius , & quidam aliij , qui plenius omnia sunt & ornatius multò dicturi . Si quis autem ad intimam illius & familiarissimam consuetudinem , ac meritorum magnitudinem respiciat : nemo est omnium , qui maiorem , quam Bocagius & ego , cognitionem habeat . Et quum ipsis us morte magnum mihi sit inflictum uulnus : non debet cuiquam uideri mirum , si quantis ab eo , dum uiueret , affectus fuerim beneficijs , memoria optime complector . Visitatum est enim , ut ab interi tu summorum principum , magnæ siant rerum conuersiones : dum alijs crescunt & locupletantur , alijs uero detrimentum accipiunt , & in uarias

B ij acerbis

acerbitates incidunt. Honores enim & opes, &
quicquid est eius generis, ab alieno pendent ar-
bitrati. Atq; ut certò perscribam de tempore,
quo familiariter cum eo uixi: opus est, ut eius
quocq; temporis memoriam, quo nōdum in ip-
sius familia eram, prius percurram & repetam.
Ordine deinde totam narrationem, ad ex-
tremum usq; uitæ illius di-
em, persequar.

Philippi

13

PHILIPPI CO MINAEI COMMENTARIO^s

rum Liber Primus.



Vum in ea essem ætate, quæ laborem equestrem ferre poterat; dedi me in familiam Caroli, cui pater erat Philippus Burgundiæ Dux, ad quem, cū esset Insulis, oppido Flandriæ, paucis post diebus uenerunt

1464.

*Abt. dux philippus
15 Januarii 1467*

Ludouici undecimi, Galliarum regis, legati, Cancellarius Moruillerius, & Archiepiscopus Narbonensis; qui conuocato concilio, palam suæ legationis causam ad hunc modum exponebat. Carolum, quo tempore fuit in Hollandia, cepisse nauigium quoddam Gallicum, armatum, & in eo Rubemprimum, uirum nobilem, ac in carcerem conieciisse illum, oblata criminatione, quasi eò sui capiendi causa uenisset. Hoc autem eò esse grauius & indignius, quod eius rei fama passim, maximè uero Brugis, oppido Flandriæ celeberrimo, esset disseminata ius su Caroli, per Oliuarium quendam Marchianum, uirum equestris ordinis. Regem igitur, quoniam hoc ipso magnam sibi factam esse putet iniuriam: postulare, Oliuarium ad se mitti Lutetiam, exem-

B ij plista

pli statuendi causa, Philippus ad ea respondit, Olis-
uarium ducere originem è superiori Burgundia, &
esse unū è suis præfectis domesticis, nec ulla ratione
subiectum esse regis imperio: se tamē diligenter in-
quisiturum, & si quod deprehendat eius factū, quo
regis honor uiolatus esse uideri possit, seuere & gra-
uiter animaduersurum. Rubemprium uero, non le-
uibus de causis fuisse captum, præcipue uero, quod
apud Hagam, Hollandiæ uicum, ubi tum Carolus
filius erat, hæsisset instructus et armatus. Se quidem
nullo unquam tempore suspicionibus indulsisset
quod si filius in suspicionem propendeat, in eo ip-
sum representare naturam & ingenium matris, que
fuerit admodum suspiciosa mulier: ueruntamen
idem se fuisse facturum in eo rerum statu, quod filius
fecit. habiturum se nihilominus quæstionem,
& si quo tempore constet de illius innocentia, fo-
re, ut liber factus, ad regem, sicuti petiſſent, remi-
tatur. Cancellarius deinde multum acerbè inue-
ctus in Franciſcum, Britanniæ minoris Ducem, af-
firmabat, Carolum iniijſſe foedus cum illo, quo tem-
pore Turoni apud Regem fuisſet, eamq; rem atro-
citer admodum & odiosè exaggerabat. Carolus,
qui indignissimè ferret iniuriam hanc fieri socio &
amicouoluit: non semel ad ea respondere. Sed Can-
cellarius dicentem interpellans, nō inquit, buc ue-
ni, ut tecum agerem, est mihi solum res cum tuo pa-
rente. Tum ille patrem obtestatur, ut sibi dicendi
potestas

potestatem faceret. Ad hæc ille : equidem pro te
sum locutus, ait, ita ut patrem decet, sed tamen si
cupis omnino respondere, præcogites hodie, quid
tibi dicendum sit, & quæ putabis ad rem pertinere,
cras in medium adferas. Superiori sermoni Can-
cellarii hoc etiam addebat, non uidere se, quam-
Obrem foedus illud inierit Carolus, nisi quod Rex
annuam pensionem, & Normanniæ præfecturam
ipſi ademisset. Postridie coacto iterum concilio,
Carolus, genu ad terram inflexo, & subiecto pul-
uino, conuersus ad parentem, initio demonstrat, ius-
ſis de causis captum fuisse Rubemprium : deinde,
non diffitetur, habere se quidem foedus cum Britan-
no: sed id non spectare ad detrimentum aliquid re-
gis, imò futurum ei utile, temporibus necessarijs.
Pensionis autem annuæ, quam sibi Rex ademisset,
se nihil unquam accepisse, præter trientem, ad no-
uem circiter francorum millia, non se petiſſe illam
a Rege, nec etiam Normanniæ ambijſſe præfectu-
ram : facile carere se posse omnium aliorum munis-
ſificantia, quamdiu patrem habeat amicum & bene-
uolum. Erat haud dubie dicturus multò asperius,
nisi patrem, ad quem sermonem instituerat, fuiffet
reueritus, qui prudenter admodum & demisſe tan-
dem petebat, ne Rex, uel de ſe, uel de filio ſuo teme-
re aliquid ſinistri crederet. Posteaquam deinde uiz-
num fuit allatum : quod apud Principes fieri ſolet,
legati parant abitionem, in eoꝝ temporis puncto,

Carolus

Carolus , qui aliquantò remotior erat à parente,
conuersus ad Archiepiscopum Narbonensem:
commendabis, inquit, me Regi, meisq; uerbis di-
ces, quemadmodum per Cancellarium suum pro-
dignitate me tractarit, sed antequam exierit annus,
pœnitebit eum huius facti. Ille in Galliam reuer-
sus, exponit mandata. Rex eo sermone multum
offensus , grauè suscepit odium. Ad hanc offensio-
nem illud etiam accessit, quod rex non ita pridem
recepérat Ambianum, Abbeuillam, Sanctoquin-
tinum, & alia quædam oppida Picardia, ad So-
miam flumen, quæ Carolus septimus Galliæ rex,
pater Ludouici, dederat Philippo Duci, quo tem-
pore cum eo transegit apud Atrebates, & dede-
rat tum ipsi, tum ipsius liberis masculis , ea condi-
tione, ut cuius Galliæ regi liberum esset ea redi-
mere quadringtonitis aureorum millibus. Cum au-
tem Philippus esset ætate grauis : procurabant
eius negotia nobiles è familia Croiorum, qui per
Hannoniam et Flandriam magnas retinent posse-
siones. In eos culpam transferebat Carolus, quod
pater , accepta pecunia , reddidisset eas urbes, &
quoniam in finibus positæ sunt, impatientissime fere-
bat. Paulo post abitionem legatorum , uenit Insu-
las Ioannes Borboniæ Dux, ut Philippum auuncu-
lum, officij & honoris gratia, sicuti præ se ferebat,
inuiseret. Inter omnes enim Principum tribus ual-
de amabat Burgundicam , & erat è sorore nepos
Philippi, quæ cum esset uidea: commorabatur una
cum

cum libertis apud fratrem. Sed uera, cur aduenisset,
hæc erat causa, ut eum incitaret, quod in sua ditione
conscriberet exercitum, affirmans futurum, ut reli
qui Gallie Principes idem facerent, eo uidelicet con
filio, ut Regem, qui multa insolenter ageret & ini
que, cogant saniores Reipub. formam instituere,
& quia bellum hoc uidebatur suscipi pro Republis
ea totius Gallie, uocatum deinde cognomento fuit,
Bonum publicum. Philippus non difficulter qui
dem assensit, uerum non detegebatur ei tota res,
neq; fore putabat, ut ad arma ueniretur. Collectæ
sunt igitur copiæ, & Sanctopauli Comes, Camerae
cum, ubi tum Philippus erat una cum filio, accessit,
cumq; uenisset etiam eò Burgundia Mareschallus
Nouocastrensis, Carolus indicto concilio, proutu
ciat, familiam illā Croiorum, sibi, suoq; patri sum
mē aduersariam & inimicam esse. Et quanquam ex
ijs quidam habebat uxorem Sanctopauli Comitis
filiam, proscripti tamen fuerunt omnes ab eo, & fa
cultatibus exuti, & eueltigio, nulla interiecta mora,
salutem sibi fuga petere cogebantur. Aegre qui
dem ista tulit Philippus, è cuius etiam cubicularijs
quidam, eò quod esset eius familie, cum salutandi
Principis non haberet spaciū, subito & tacite pro
fugit, sed grauior ætas in causa fuit, ut patientius
omnia ferret. Carolus deinde placato patre, copias,
quibus Comitem Sanctopauli praefecerat, educit,
nempè circiter trecentos equites cataphractos, &

C quatuor

quatuor sagittariorum milia, & inter hos, complures Artesia & Hannonia & Flandria uiros nobiles, deinde Rauestenus, frater Ducis Clivensis, habebat non pauciores copias, & inter alios bellii Duces, erant duo quidam, summæ apud Carolum auctoritatis, Haubordinus & Contæus, quorum ille uersatus erat in ijs bellis, quæ Angli confœderati Burgundionibus, gesserunt in Gallijs, quo tempore Henricus quintus rerum apud Gallos potiebatur, alter eiusdem erat cum Haubordino ætatis. Totius exercitus erat circiter mille quadringentorum equitum cataphractorum, sed quoniam insolentes erant bellii, diuturnitate occisi, ut qui post Atrebatensem illam pacificationem, per totos triginta, nisi fallo, annos, nullum gesserant externum bellum, male erant instructi, & parum exercitati plerique omnes. Sagittarij surgebant ad nouem milia, & habitu delectu, quanta fuit anteà difficultas in conducendo, tanta tunc extitit in dimittendo, seruatis tantum lecti, etissimis quibusque. Cæterum, ob diuturnitatem pacis, & Principis Philippi bonitatem, florentissimæ erant omnes illæ prouinciae, cumulatae omnis generis opibus, ita quidem, ut cuiuis populo præferriri possent, ea referociores facti, nullius Principis potentia labefactari se posse putabant, sed qui fuerunt antea plurimis annis omniū gentium fortunatissimi, nunc ita sunt adficti, ut ærumnosorem hodie populum non norim, et est credibile, iam ipsos dare poenas

poenas eorum, quæ rebus prosperis elati admiserunt. Nam & cultu corporis, & uestitu, & quotidias non uictu, & balneis & epulis, & omnino rebus omnibus modum excedeant, obliti pudoris & honestatis. Instructo exercitu, progrederitur Carolus, erant autem equites omnes, præter eos, qui deducendis tormentis, quorum maximam uitim habebat, alijsq; operibus destinati erant. Profectus igitur Nouiodunum, castellum Nelam ijs locis obsidet, ac licet militum presidijs firmatum esset, paucis tamen diebus deditione capit. Obequitabat non procul à Carolo Ioachimus Galliq; Marescallus, à Perona d'gressus, uerum quod exiguas habebat cohortes, non poterat impedire illum, quod minus ad Lutetiam propius accederet, quam tamen ipse prior ingressus est. Toto itinere, quâ transibat Carolus, iubet à ui & maleficio abstineri, neq; passus est ullum detrimentum alicui inferri, ciuitates etiam illæ, quæ sunt ad Somiam flumen, & aliae quæcunque modicis cohortibus nos recipiebant, & accepta pecunia, suppeditabant, quæ usui esse poterant, & uidebantur belliuentum expectare. Ventum est tandem Sansodionysium, quod oppidum duobus miliaribus abest à Lutetia, quod & reliqui Galliæ Principes confoederati, sese uenturos esse promiserant, Pro Duce Britannæ aderat Procancellarius, qui chartas alio quothabebat puras, sui Principis sigillo consignatas, cuiusmodi solent aliquando dari discedentibus

C ii Legatis,

Legatis, in ijsq; pro ratione temporis & negocio*
rum, subinde scribebat quicquid uisum esset. Vale-
bat quidem ingenio, sed certe propter excitatam nō
semel aduersus eum indignationem & fremitum in
castris, opus etiam ipsi erat magna dexteritate & in-
dustria. Carolus Lutetiam usq; progressus, leuiorि-
bus prelijs lacefsebat oppidanos, qui præter Ioa-
chimum, & eas, quibus ille præerat, cohortes, nul-
lum habebant præsidium. Itaq; tanta fuit ibi cons-
ternatio multitudinis, ut subinde clamarent, ho-
stem iam superasse moenia. Haubordinus, eò quod
habitasset aliquid, & ingenium loci non ignoras-
ret, suadebat oppugnandā esse, & quanq; equitatus
idem sentiebat, ut qui contemnerent hostem, excur-
sionibus factis in ipsas usq; portas: Carolus tamen
Sanctodionysium reuersus, postridie conuocato cō-
cilio, deliberat, an esset obuiā iturus Biturigum Du-
ci, fratri Regis, & Britanno, quos Procancellariū
in propinquō esse dicebat cum exercitu, conatus si-
dem eius rei facere, demonstratis literis, quas ipse
met finixerat in ijs, quas diximus, chartis, cū nihil ta-
men haberet certi. A multa deliberatione placuit,
trajectum esse flumen Sequanam, tametsi com-
plures dicerent, quoniam socij & confederati ad
diem non uenissent, posse Carolum honestè redire
domum, qui traecto Somia & Matrona fluijs, offi-
cio satisfecerit, nec opus habeat longius progredi.
Quod ipsum eò uehementius aliqui contendebant,
quo mas-

quod maius videbant esse periculum, ideo quod a
tergo nulla haberent loca munita, in quae temporis
bus coacti, sese reciperent. Et quanquam magnus
erat fremitus omnium aduersus Comitem Sancto-
pauli, et Britannię Pro cancellarium, qui progressio-
nem suadebant, Carolus tamen, transmisso flumine,
castra ponit ad pontem Sanctoclaudianum, qui vi-
cus infra Luteciam est ad duo miliaria. Postridie,
quam eō uenit, certior fit literis foeminæ cuiusdam
nobilis, Rēgem ex Borbonia magnis itineribus
ipsum petere. Cum enim excitatos in se Rex uides-
ret Galliae Principes, cogitabat huic rei praeuerte-
re, & prior ipsos adoriri, sed in primis Borbonium,
quod & hunc sibi crederet infestorem, & ditionem
eius putaret magis oportunam esse iniurijs. Impetu-
igit in eum facto, multa iam ademerat, occupatu-
rus etiam reliqua, nisi uicini Burgundiones, atq;
etiam Aquitani aliquot Proceres subsidio uenis-
sent. Cum igitur ibi non posset, quod cupiebat per-
ficer, tempore exclusus, eō quod Carolus immi-
neret Lutetiae, & ueritus, ne recipere tur, praesertim
aduentante fratre cum Britanno, maximè uero,
quod prae se ferrent, bellum esse necessario pro Re-
publ. susceptum, & quia in Luteciam illis receptis,
videbat reliquas urbes, facili momēto, ut idem face-
rent, posse impelli, his de causis magna celeritate eō
profici sci constituit, & prohibere, ne duo illi exerci-
tus coniungerentur, nihil autem minus decreuerat,

C iii quam

quam prælio concertare, sicut ipse mihi non semel
retulit, delapsus in mentionem eius belli. Carolus
igitur cognito Regis aduentu, statuit obuiam ei
properare, & tunc demum recitatis literis, quas acceperat, tacito nomine authoris, demonstrat se uel le tentare fortunam, & ad uirtutem cohortatus militem, cum aliquantulum esset progressus, castra posuit ad Longumeum, qui uicus abest à Lutetia, quatuor miliaribus, uia Aureliana. Primum agmē ducebat Sanctopauli Comes, qui propè Montheriz cum duobus miliaribus longius à Carolo condidit, multis huc illuc emissis exploratoribus, qui de Rege aliquid cognoscerent, & quam uiam esset in gressus, nunciarent. Cum deinde prælio delectus esset idoneus locus apud Longumeum, ita conuenit, ut si Rex eò accederet, Sanctopauli Comes, res ductis copijs, cum Carolo sese coniungeret. Cenomanorum autem Comes, cum octingentis cataractis ibat in exercitum Britannicum aduentan tem, in quo multi erant egregij & honesti uiri, quos Ludovicus, tametsi bonam operam nauassent ipsius parenti, simul atq; principatum obtinuit, dimisit. Cenomanus autem uiribus inferior, non ausus ad hostem proprius accedere, sed interuallo aliquo praecedens, Regem petebat: Britannus uero & Bis turix cupiebant sese coniungere Carolo, qui cum esset Longumei, cognouit ex captiuo, Regem, adiuncto sibi Cenomano, et collectis undiq; copijs, habere

bere ad duo milia cataphractorū. Re deliberata cū Cenomano & Normannia Præfecto & Amirallio, Rex omnino constituit, euitato prælio Lutetiam sese conferre, tametsi diuersum aliqui suaderent, Quia suspectum habebat Normannię Præfectum, familiariter eum rogat, num fidem Principib⁹ de disset, ad quod ubi ille iocosè respondit, ac facetè suo more, placatus Rex primam aciem ei attribuit, & uiēduces adiungit, eo quōd ab hoste uellet deflectere. Tum Præfctus ille, ut erat liberali ingeⁿio, cuidam ē suis familiaribus, hodie inquit, ita prop̄sistam utruncq; exercitum & arcte, ut eum, qui uelit dirimere prælum, oporteat insigniter esse rei militaris peritum, atq; hunc eius sermonem Rex ali quando mihi recitauit, Progressus igitur ille cum suis copijs, uenit Monthericum, eam rem Sanctopauli Comes, qui ibi consedit, ut suprà diximus, Carolo celeriter renunciat, orans, ut quandoquidem sibi non sit integrum retrocedere, subito mittat auxilia, ne si discedat, fugientis uideatur præbere speciem, quod toti exercitui futurum sit ualde periculosum. Carolus igitur mittit alias cohortes, eisq; Anthonium, ē familia Burgundica, nothum, preficit, cumq; secum aliquamdiu deliberasset, progradientur et ipse, ac in castra uenit. Iam aliquot hostium signa uenerant, positis castris secundum fossam quandam spaciofam, quæ inter utrosq; erat media. Procancellarius autem Britannia & alius cum eo uir nobilis, me^{tu} peri-

1465.

tu periculi, eò quod Príncipes, de quorum aduentu
maximam spem iniecerant, non adessent, profugi-
unt, & ad ea loca, ubi credebant se posse reperire
Britannos, contendunt. Habita uero deliberatione,
placuit Carolo, ut pedites pugnarent omnes: com-
mutato deinde consilio, cataphracti omnes cōscen-
dunt equos, ueruntamen ex nobilitate complures,
eius mandato, relictis equis, coniungunt se sagitta-
rijs peditibus, qđ & honorificū erat, & reliquis ad-
debat anīmum, eumqđ morem acceperant Burgun-
diones ab Anglīs, quando fœdere ipsis coniuncti,
bellum gesserunt in Gallijs, per totos triginta duos
annos, nullis interpositis inducījs. Príncipio, cum se
nobis ostenderet hostis, è uicina sylua, erant circiter
quadrīngenti cataphracti, quod si tum fuissimus
eos adorti, multorum iudicio facile profligassemus.
Nam qui subsequebantur, non poterant, nisi cum
modicis cohortibus, progredi, tametsi paulatim at-
gescebant. Ibi tum Contæus ad Carolum, Si uelis,
inquit, uictoria potiri, opus est ut acceleres, quod
si maturius fecisses, iam uideres debellatum ho-
stem, quicquid intercedit temporis, hoc omne ui-
ctoriam moratur: Fuerunt initio pauci, cum no-
bis primum apparerent, & ne nunc quidem satis
multi sunt, ut resistant, & uides ut augeantur. Hic
ceptum est agi tumultuosius, nullo seruato ordine,
& perturbatis consilijs, dum suam quisq; sententia-
m dicit, iamqđ ad exitum Montherici committe-
batur

batur utrinqe leuius praelium a sagittarijs, & quam
quam nos sine ordine pugnabamus, multitudine ta-
men eramus & numero superiores. In concilio de-
cretum fuit, quoniam longius erat interuallum, ut
non continua progressione, sed dato ad respiran-
dum spacio, pedentim iremus in hostem, excitato
autem clamore, & concursatione illa facta, ut di-
ximus, Carolus immemor eius, quod ante*ā* consti-
tuisset, subito, celeriterqe progredivit, hostes erant
ad castellum Montherici, a fronte muniti ampla
quadam fossa & sepe sylvestri, totus ager consitus
erat frugibus & fabis, alijsqe leguminibus, Carolum
antecedebant sagittarij, absqe ordine ferè. Meo quis-
dem iudicio, cum est dimicandum, nullum genus
militum praestat sagittarijs, uerum ita, si sint aliquot
millia simul, & uel equos habeant tales, quorum ia-
cturam leuiter ferant, uel prossus non habeant
ex ipsis autem, ij qui praelijs nunquam interfues-
tunt, potiores sunt exercitatis, & ita quoqe senti-
unt Angli, qui in eo genere quoqe antecellunt.
Constitutum fuerat, ut dixi, dum iretur in hostem,
bis quiescendum esse, quo pedites ad pugnam es-
sent recentiores, eo quod praeter uia spacium, seges
tes etiam impedirent iter, sed Carolus continenter
accelerabat. Hostes obiectam sepem, duobus diuer-
sis locis, quâ poterant, transeunt, cumqe tam essent
uicini facti, ut hastas aptarent ad concursum, noster
equitatus, perruptis & disiectis sagittarijs nostris,

D prouolat,

prouolat, sic ut spacium illis non darent telum ult^mum ei^mciendi, cum tamen in ijs omne robur & spes tota consisteret. Nam ex mille ducentis equitibus, uix quadringenti erant, sic ut oportet, armati, & ex his ipsis arbitror non fuisse quinquaginta tractans dis hastis idoneos, è famulis autem, ob diutinum ocium, nemo quisquam armatus erat, Duces enim Burgundię, ne multitudini grauiora onera iniunges- rent, nullos alebant equites extra bellī tempus. Ad huncmodū, florem ipsum exercitus, & spem maximam, sagittarios, perturbant & disiunt ipsi, & quanquam in eo summum erat periculum, Caro- lus tamen, qui ad dextram erat, prope castellum, ne mine ijs locis magnopere resistente, uincit. Eram tunc unā cum eo, & quod periculi magnitudinem per aetatem non intelligebam, animo fui maxime se- curo et ocioso. Ad sinistrū latus erat Rauestenus & Iacobus, Sanctopauli comitis frater, & alij compli- res, qui cum essent numero inferiores, in fugam co- iuncti, & ex ipsis pleriq^{ue} omnes in propinquam syluam excurrunt, alij, qui ad impedimenta & carros in fuga substiterant, sese recolligunt, Sancto- pauli quoq^{ue} Comes in syluam sese recepit. Caro- lus ex diuersa parte, cū paruo comitatu insequitur fugientem hostem, ultra Monthericum, & cum nes- mo quisquam resisteret, suam esse putat uictoriā: ibi nobilis quidam vir Lutzenburgicus, etate gra- uis, Anthonius Britanus, equo celeriter adiectus, nunciat

nunciat ei, hostes denuo collectos redintegrare pur-
gnam: si longius progrediatur insequendo, pericu-
lum ipsi imminere, nihil autem commotus eos ser-
mone, pergit, mox idem nunciatur à Contæo, & ita
quidem acriter, ut tandem ab incepto desisteret,
quod si paulò fuisset prouectus longius, incidisset
in eorum manus, ut quidā alij, qui proxime ipsum
antecedeant. Reuersus itaq; per Monthericum,
reperit cohortem peditum fugientium, quos insegu-
tus, cum centum circiter equis, ictus est à quodam
pedite, qui & solus in fuga restitit, & interemptus
fuit, reliquis ferè omnibus elapsis per uicinos hor-
tos. Cum propius ad castellum præterueheremur,
ecce conspicimus ibi sagittarios stipatores Regis,
ad portam, immotos, mirum hoc uidebatur Caro-
lo, nullū enim superesse putabat hostem, qui resiste-
ret. Deflectens igitur ad planiciem, inuaditur à ca-
ræphractis aliquot, numero sedecim, & quoniam è
suis plerique erant dispersi, in summo uersabatur di-
scrimine, adeò quidem, ut in gutture accepto uulne-
re, circundatus & comprehensus, urgeretur ab ho-
ste, ut sese dederet, nec sine ret interfici, ut qui agno-
sceretur, Ipse contra moratur & sustinet impetum,
quantum potest, donec medici cuiusdam Parisiense
sis filius, Ioannes Cadetus, uasti corporis homo, per
medium turbam inuestus ingenti equo, disiectur,
bam, & ipsum eripit. Hostes deinde ad oram eius
fossæ, ubi constiterant ante prælium, sese recipi-

D ij unt,

unt, eò quòd cohortes aliquot nostras in propinquo conspicerent. Carolus ex uulnere totus sanguis nolentus, rectà contendit ad suos, eramus autem in uniuersum circiter septuaginta, sumpto deinde recenti equo, rursus euolat, ut suos recolligeret, quo quidem tempore, si uel centum modo equites aduersum nos exiissent, fugae nos mandassemus. Nos stri enim milites uix tandem paulatim aduentabant cum modicis cohortibus, partim saucij, partim ex itinere & labore defatigati, nam & segetes grandiores impediebant euntes, & tanta erat uis pulueris, ut prospectus non pateret, & quocunq; respiceres, coopertum erat solum militibus & equis interemptis. Interea prodit Sanctopauli Comes è ppinqua sylua, cum quadraginta circiter cataphractis, & ad nos contendit, inter eundum plures undiq; ad eum ex fuga confluunt. Nos, quibus uidebatur esse periculosa mora, missis ad eū nuncij, hortamur ut prosperet, ille uero nihil eo commotus, placide progeditur, & hastas iubet à suis tolli, quæ paßim iacebant humi, deinde se nobis adiungit, & iam eramus circiter octingenti cataphracti, pedites uero perpauci, quæ res in causa fuit, quo minus integrum obtinet uictoram Carolus. Ex hostium numero profugit Cenomanus & alij multi, cum octingentis cataphractis: erant qui dicerent eum communicasse consilia cum nostris Principibus, sed opinor iniuriam ei factam esse, breuiter, ingens fuit utrinq; fuga, sed hoc

sed hoc est in primis memorabile, quod Príncipes
ambo nō excesserunt è campo. Cum igitur ad hunc
modum starent hinc illinc instructæ acies, diremptæ
solum fossa & sepe sylvestri, tormentis utrīq; cas-
dunt aliqui, pugnam nemo amplius affectabat, &
eramus numero superiores, ueruntamen Regis præ-
sentia magnum suis attulit momentum, quando
militem, & præsertim equites, ad uirtutem cohorta-
batur, nam alioqui crediderim omnes fuisse præci-
pites in fugam abituros. Ex nostris aliqui cupie-
bant redintegrari prælium, in primis uero Haubor-
dinus, eò quod diceret se uidere cohortem aliquam
hostium fugientem, quod si centum modo sagitta-
rios habuissimus instructos, qui tela coniecissent
trans illam sepem, exercitus noster omnis fuisset
progressus. Interea dum sic deliberamus, & admini-
stratio belli consiluit, Rex, interuentu noctis, Corbe-
lium, quod est supra Lutetiam septem milliaribus
oppidum, ad Sequanam, se confert, cum nos cre-
deremus eum in castris pernoctare. Forte eo loci,
ubi Rex fuerat, excitatus ignis, longè latecū uagaba-
tur per carros, & sepem illam, de qua diximus, ibi
Sanctopauli Comes & Haubordinus iubent car-
ros omnes adduci in eam partem, ubi tum eramus,
& totum exercitum eis circumcludi. Dum hæc ges-
runtur, ex hostibus complures, qui nostros fugien-
tes insecuri fuerant, redeunt, arbitrantes uictoria se-
potitos esse, coacti transire per nostras munitiones,

D ij pleriq;

plēriq; omnes occumbunt, paucis admodum elapsis. Ex aduersarijs cecidit statim inter alios, commissario prælio, Normannia Præfector, à nostris desiderati sunt plurimi pedites, ab illis autem equites, utrīnq; cæsa sunt ad duo millia. Magnum quiddam est, meo quidem iudicio, restaurare copias à conflitu, & per horas aliquot, in acie utrīnq; consistere propius, & merito Principes complectantur eos, à quibus in tali rerum statu non fuerunt deserti, uerum, ut fieri solet, non admodum erant memores officij: Quidam, eò quod profugerant, loco fuerunt & dignitate submoti, alijs contrà, qui multo longius abierant in fuga, honoribus aucti fuerunt & beneficijs, ex nostris quidam autoritate omni excedit, iussus è conspectu Principis abire, mensem unum post, illustriori loco fuit, quam antea. Cum totius exercitus esset receptus intra munitiones, ut si poterat. Ex nostris quamplurimi erant sauci, plēriq; etiam animis demissi, quoniam uerebantur, ne Parisienses cum equitibus cataphractis egressi, quibus præerat in urbe, is cuius antea meminimus, Iosachimus, nos adorirentur, eumq; metum auxit, quod crederent Regem in propinquuo uersari. Emitimus ergo de nocte quinquaginta cataphractos, qui de Rege aliquid explorarent. Carolus interea sumpto cibo reficit se non nihil, & acceptum uulnus in gutture, curat, quo loco coenabat, submouenda erant

erant aliquot cadas, positis deinde duobus fasci-
culis straminis, assider, dum loco mouentur cadas
uera, unus ex miseris illis potum flagitat, inicitur
illi in os aliquid eius potionis, qua Carolus uteba-
tur, statim incipit habere melius, cumq; agnoscere-
tur, curatus fuit, & ualeitudini restitutus, erat autem
unus e sagittarijs stipatoribus ipsius. Deliberatur
postea quid facta sit opus, omnium primus senten-
tiam dicit Sanctopauli Comes, uersari nos in ma-
gno periculo, sibi uideri, prima luce mouenda esse
castra, & petendam Burgundiam, exusta parte
aliqua impedimentorum, & abductis tantum tors-
mentis, fieri non posse, ut medijs inter regem atq; Lu-
tetiam, diutius ibi sine commeatu perduremus.
Haubordinus deinde, & alijs quidam post eum, licet
ignoraret, quid essent allaturi, qui exploratum fue-
rant emissi, nō dissentient ab illo, Contaeus autem
omnium postremus, ait futurum, ut milites, re in-
tellecta, propter timoris suspicionem perterriti, fu-
gæ se mandent, & ab hoste intercipiantur, præstare
multò, ut refectis non nihil corporibus, hostem pri-
ma luce statim adoriamur, aut uictoriā esse repor-
tandum, aut fortiter ibi pugnando moriendum, hoc
sibi uideri non solum honestius, uerum etiam ad fa-
ludem utilius atq; tutius. Ea laudata sententia, Ca-
rolus iubet, ut quieti se se darent omnes per horas
duas, & ad tubæ clangorem essent expediti, interea
per homines idoneos militem cohortatur ad uirtus-

tem

tem. Sub medianam noctem reuersi equites nostri ex ploratores, nunciant Regem esse in propinquuo. Statim emituntur alij, qui certius aliquid cognoscere rent. Post horam deinde unam, arma capiunt omnes, & ad prælium sese instruunt, sed profecto plerique omnes fugam spectabant. Exploratores, quos secundo loco misimus, obuiam facti cuidam aurigæ, cognoscunt Regem demigrasse cum toto exercitu, qua re nobis nunciata, ipsi longius progrederuntur, cumque uerum esse, quod dixerat ille, competrissent, reuersi maximam in castris lætitiam excitant, nec tum deerant, qui cum paulo ante fuissent animis deiecti, dicerent persequendum esse fugientem hostem. Erat mihi tum equus, et uetus admodum & fractus laboribus, is forte situlâ uini repertam hausit, eaque potio sic fuit recreatus, ut alacritatem antea nunquam fuerim expertus. Cum illuxisset, concendimus equos, ibi monachus quidam Franciscanus, à Carolo summissus, confirmabat ad futu stris ipse iamiam uenisset, ea res animum addebat nostris, tametsi non omnes haberent fidem, & armatum intelligerent, ueruntamen sub meridianum tempus, rediit ad nos Britanniae procancellarius, qui paulo ante prælium se subduxerat, quoque maiores faceret fidem, duos è numero stipatorum sui Principes adduxit, magna per exercitum excitata læticia, cumque sua fugæ causam rogatus exposuisset, ualde laudat.

laudabatur ab omnibus, quod autem rediisset, eo
vero nomine pergratus erat. Carolus totū diem in
campo commoratus, belli omnem laudem ad se per
tinere putabat, latus admodum, sed ista gloria ma-
gno deinde constitit ei. Nam ab eo ferè tempore, ali
orum repudiatis consilijs, pro suo unius arbitrio ge-
rebat omnia, quæ res in causa fuit, ut tandem in uitæ
discrimen adductus, & occisus, grauissimum uul-
nus populo prouincijsq; suis inflixerit. Qui ordine
præcesserunt ipsum, pater, auus, atq; proauus, ho-
noratissimi fuerant potentissimiq; principes, adeo
quidem, ut præter Galliarum reges, pauci admo-
dum illis præferri possent. Modestia sane decet om-
neis hominum ordines, in primis vero príncipes ui-
ros, ut intelligant, & sint memores in omni actione,
esse Deum, à quo proficiscuntur & emanant om-
nia. Erant in eo duæ res, maxime memorabiles, la-
borum patientia, & animi robur incredibile. Miliz
taui sub eo per annos septem, nec ullum uidi tem-
pus, quo uel lassitudinis, uel timoris daret significa-
tionem, moliebatur in animo res maximas, & for-
tasse maiores etiam uiribus humanis. Postridie, qui
tertius erat dies à prælio, recipimus nos Montheris-
cum, ex agris omnes confugerant uel in turrim
templi, uel in castellum, sed Carolus & reuocari om-
neis, & à maleficio abstineri iuber, secutus deinceps
de consilium Contæi, Stampium, quod est inter Lu-
tetiam & Aureliam oppidum, loco multum fertili,

E sesecons

sese confert , ut & Britannico exercitui præuerteret , & militem ex uulneribus , alijsq; incommodis male affectum , recrearet , hæc enim diuersorum oportunitas , multos , qui periclitabantur alioqui , seruabat . Aduenientibus Biturigi & Britanno , obuiam proficiscitur cum primis ordinibus , & ipsos quidem Principes in oppidum recipit , equitatum autem omnem in campo contineri mandat . Erant circiter sex equitum millia , tam cataphracti quam sagittarii , bene instructi , & inter eos multi honesti homines , quos Ludouicus , ut supra diximus , dimiserat . Quanta esset Britanni potentia , facile erat ex eo apparatu cognoscere , nam eius exercitus potissimum partem ipse unus alebat . Inter ea Rex Corbelio relicto , Normanniam petit , ut copias ibi cogeret , & ne quis per ipsius absentiam oriretur motus , circa Lutetiam , quibus locis maxime necessarium esse videbatur , equitum praesidia disponit . Quod die Principes conuenerant Stampij , multis fuit inter eos sermo de uarijs rebus . Britanni , ex hostibus , qui profugerant , nonnullos coeperant , & si paulo fuissent propinquiores , bonam exercitus partem profligassent : Ex captiuis acceperant Regem interisse , sic enim illi putabant , eò quod commissio prælio , in fugam abierant . Exhilarati eo nuncio , magna sisibi pleriq; promittebant à Biturige , ad quem , morte fratris , imperium deferri sciebant , & ut accepi à quodam fide digno , qui ei concilio interfuit , deliberauerant

rauerant de nobis opprimendis, uerum non admodum diu ea lætitia fruebantur, atq; hic uidere licet, qui sit rerum status, et quæ perturbationes oriantur, quā aliqua fit imperij commutatio. A cœna, cū multi passim deambularent, Biturix et Carolus, ex fenestra, cui innitebantur, serio de suis rebus colloquuntur. Erat inter Britannos homo plebeius, cui pro ludo fuit, in aërem eiaculari ignem artificiose compositum, Galli uocant fusas, quæ cum è sublimi decideantur, huc illuc discurrent, & flammeum quiddam emittunt, ex ijs cum eiecisset aliquot, una forte impedit in fenestram, ad quam illi colloquebant, attentati ambo & subito erecti, respiciunt alter in alterum, admirabundi, collecta suspicione, de industria factum esse, laedendi causa. Contæus, quum secretò quiddam dixisset Carolo, descendit, & in armis esse iubet illico cataphractos omneis & sagittarios, ut idem faceret, Biturigem hortatur Carolus. Inquit postea de autore, is, qui coniecerat ignem, projectus ad pedes Principum, fatetur à se factum esse, & ueniam deprecatus, quod suspicionem omnem tolleret, rursus eiaculatur, ad hunc modum risu soluta turba, deponuntur arma. Postridie, conuocato concilio, deliberant Principes, quid agendum sit, & quoniam diuersarum gentium erant, nec unius alicui parebant, quod in eiusmodi rebus necessarium est, variabant sententiae. Sed notatum fuit in primis & exceptum, quod Biturix, qui per etatem nul-

E ï lum ha

Ium habebat rerū usum, neq; talibus assueuerat spe
ctaculis, uidebatur ita loqui, quasi iam tæderet ip
sum bellum, deplorans miseriam eorum, quos in exer
citu Caroli uiderat saucios, et corporibus malè affe
ctos, nam eò tandem delapsus est, ut diceret, præstare,
bellum non fuisse inchoatum, quām sui causa tan
tas existere calamitates. Eum sermonem grauiter
tulit Carolus, ueruntamen rē deliberata, placuit tra
ducēdum esse exercitum Lutetiam, & tentandum,
an oppidani unā cum ipsis uellent animum adīce
re ad procriptionem reipublicæ, pro qua bellum se
suscepisse dicebant, quod si ea ciuitas permoueri
posset, de reliquis, quin idē essent facture, nihil du
bitabant. Carolus priuatim ad suos locutus, de Bi
turigis oratione, ecquid uobis, inquit, uideatur; ille,
quod saucios uiderit nonnullos, qui ad ipsum ta
men nihil pertinent, animo est demissō & languis
do, quid faciat, si quod detrimentum ipsius milites
acciperent: sane leui aliquo momento queat impel
li, ut nobis desertis, cum hoste paciscatur. Propter
diuturnum enim bellum, quod inter ipsius & me
um parentem intercessit, & propter ueteres inimici
tias, facile sit, ut cōiunctis ambo viribus, nos oppu
gnent, nouæ sunt igitur tentandæ amicitiae. Fuit
hæc sola ferè & potissima causa, cur ad Eduardum
Angliæ Regem missō statim legato, mentionem
aliquam iniaceret connubij cum illius sorore: quum
enim sciret hoc uehementer ei placere, uidebat faci
le ipsum

le ipsum ad amicitiam posse adduci, & quanquam
id temporis non agebat serio, duxit tamen eam po-
stea uxorem, quod eo libentius refero, ut ostendam,
eiusmodi multa sepius euenire ex opinione aliqua
leuiter suscepta, maximè uero inter Príncipes, qui
propter delatorum multitudinem, suspicionibus
serè indulgent. Commorati per dies aliquot Stam-
pij, Sanctomaturinū & Morettum proficisci-
mūr, quod est prope Sequanam oppidulum, ad sede-
cim supra Lutetia milliaria. Carolus in planiciem
progressus, castra ponit iuxta flumen: Iusserat
autem, ut uncum aliquem unusquisque secum des-
ferret, religandis equis idoneum, carris etiam des-
uexerat naues aliquot, & uasa dissoluta, ut ex ijs ef-
fecto ponte, Sequanam coniungeret. Cum ad fluui-
um peruenit, exoneratis & depositis sarcinis, occu-
patur insula, sagittarij Galli conabantur nos aditu-
prohibere, sed cum iniquo loco pugnarent, tormenta
reiecti fuerunt. Sub uesperum iubet pontem fieri,
ipse tensis tabernaculis, cum quinquaginta cata-
phractis ibi pernoctat: postero die cīrea meridia-
num tempus, perfecto ponte, exercitum omnem &
tormenta traducit, idem postridie faciunt Biturix
& Britannus cum suis copijs, collaudato opere. De
nocte apparent nobis plurimi ignes è longinquō,
plāriq; regem esse putabant, sed aliquot horis po-
stea cognouimus, Ioannem Calabriæ Ducem, Re-
nati Siciliæ regis filium, castra ibi posuisse. Duce-

E in batille

bat ille insignem equitatum ex utraq; Burgundia, pedites uero non ita multos, & inter hos, circiter quingentos Heluetios, qui primi omnium sua gen tis nostris temporibus in Galliam uenerunt, & sua uirtute reliquis nomen & authoritatem magnam conciliarunt. Haec copiae, cum prima luce castra mo- uissent, eo die pontem transeunt, Burgundionibus praeerat Mareschallus Nouocastrensis, erant cum eo frater Montagutius, & Marchio Rethelensis, & ingens nobilium turba, quorum nonnulli militauerant Borbonio, quum bellum ei Rex inferret, hi omnes, periculi uitandi causa, coniunxerant se cum Duce Calabriæ, quem propter fortitudinem & rei militaris scientiam Carolus in magno habuit hono re. Exercitu omni traducto, qui sene longe maximus erat, Lutetiam cum universis copijs contendeunt. Primam aciem ducebat Sanctopauli Comes, & cum eo Britanni aliquot & Bituriges, in reliquo agmine erant ipsi Principes. Carolus & Calabriæ Dux, ut homines militares decet, in hoc toti erant, ut rebus omnibus diligenter prouiderent, nec ob scure præ se ferebant, cupere se aliquid magni perfizere, Biturix & Britannus uehebatur paruis equis, leuiter admodum armati. Vbi Carentonium uenient, qui uicus ad Matronam positus, Lutetia dis stat duobus milliaribus, occipatatur ibi pons, frustram resistentibus sagittarijs Gallis, eum ubi transiissent, Conflantium progressi, quod est in propinquuo, Ca- rolus

rolus occupata planicie, copias suas omneis & tor-
menta, carris, alijsq; munitionib; cingit, adiuncto
sibi Calabriæ Principe. Biturix & Britannus, cum
magna sui exercitus parte, Sanctomaurum, qui uis-
cus modico distat interuallo, sese conferunt, reli-
quum agmen Sanctodionysium abire iubetur. Po-
stridie, quam eò uenerant, faciunt excursionem
ad urbem, non absq; magna trepidatione uulgí.
Erant inter alios ordines multi non alieni à Princis-
pibus, & eorum institutum iudicabant esse utile ac
salutare Galliæ, è ciuibus etiam multi addicti erant
Burgundionibus, eorumq; negotia procurabant,
spe cōsequendi publica munera, quæ Lutetiae sunt,
& plurima, & admodū quæstuosa, dum quisq; non
quantum æquitas permittit, sed quantum omnino
potest, extorquet. Nostrí, cum hoc non ignorarent,
amplis pollicitationib; eos sollicitant. Tertio pōst
die, cogitur in urbe Senatus, & acceptis principum
postulatis, qui Reipub. salutem se procurare osten-
tabant, placuit legationem esse mittendam. Ea de-
cernitur Gulielmo Carterio, Parisiensi Episcopo,
homini singulari uirtute. Príncipes omnes Sancto-
mauri conuenerant, presidebat ei concilio Biturix,
reliqui astabant, hinc Britannus & Calaber, illinc
uerò Carolus, præterquam capite, totus armatus,
& tectus eleganti pallio, uenerat enim Conflantio,
& quoniam hostes in propinquuo tenebant Vin-
cennium arcem, non poterat nisi magno comita-
tu eò

tu eò proficisci. Summa petitionis hæc erat, ut urbē patefaciant, quò cum reliquis ordinibus communis cato consilio, rationes inceant bene constituendi res gnī, quod insolenter admodum, & in què per Res gem administrari dicebant, multis in eum effusis criminationibus. Ad quæ cum legati amicè respon dissent, sumpto ad deliberandum dīe, domum reuer tuntur: priuatim autem Príncipes unumquemq; sollicitabant, & opinor sic inter eos tunc fuisset decretum, ut ipsi quidem unā cum suis necessarijs ingrederentur, exercitus autem modicis cohortibus per interualla transiret, quo facto, perfecissent, quod instituerant, multis enim de causis facile tra duxisserant ad se populum, ac deinde, quod ea ciuitas fecisset, aliæ quoq; per Galliam urbes sine conten tiōe erant facturæ. Priusquam legati retulissent ad Senatum, Rex Lutetiam uenit cum maximis copijs, nam ad duo cataphractorum millia, & è Normannia nobilitatē insignem, & sagittarios complures, stipatores suos, aliosq; multos, præsidio ibi col locat: Ita & consilium nostrum intercidit, & populi fuit immutata uoluntas, nemo iam audebat amplius de pactione nobiscum facienda loqui, nonnulli etiam, quod in collocutionem uenissent, poenas persolverunt, exutijs, quibus erant præpositi, miserib; & aliò relegati, quæ sanè moderatio laudanda mihi uidetur in Rege, quod atrociori uindictæ genere non sit usus. Nam si, quod moliebantur Príncipis

Principes, id effecissent, perierat, & non semel ipse
mihi retulit, quod si fuisset ab ea urbe interclusus,
recte se uel ad Heluetios, uel ad Mediolani Duce-
m Franciscum, de quo magnam habebat amicitię opini-
onem, profecturum fuisse. Is enim, Galeacio filio
Duce, auxilio prius miserat quingentos cataphra-
ctos, & peditū ad tria millia, qui in Aruerniam usq;
progressi, bellum inferebant Borbonio, facturi ma-
iora, nisi allatus de morte Francisci nuncius, do-
mum ipsos reuocasset. Idem etiam, ubi de fortuna
Regis, & Principum audiuit conspiratione, per Le-
gatos admonuit eum, ut tota mente & animo hanc
illorum societatem distraheret. Rex Lutetiam in-
gressus, bello nos undiq; lacepsit, maxime uero pa-
bulatores nostros, qui longius prodire cogeban-
tur, & ad sui tuitionem, opus habebant maiori co-
mitatu. Sanè magna esteius urbis opportunitas, &
ingens uicinæ regionis copia, quae duos tam poten-
tes aleret exercitus, Nobis enim nihil unquam de-
serat, & in urbe nulla fuit annonæ caritas. Non in-
termittebatur dies, quo non leuius aliquod præ-
lium fieret, hostes equitatu præstabant, nos autem
peditatu, Britanni circum Sanctodionysium popu-
labantur agros, Ex Aquitania quoq; nonnulli Prin-
cipes auxilio nobis ueniebant, cum sex millibus
equitum, sed Carolus metuens, ne, si propius acce-
derent, inedia consumeremur, missa pecunia, quā
commeatum emerent, renunciat, neprogrederen-

F tur lon

tur longius. Præter quotidiana illa prælia nihil magno pere agebatur, nolebat enim Rex totis viribus dimicare, neque suis permittebat, ut magno numero prodirent, eo quod suas Galliasque fortunas nequam uellet in dubium deuocare, sed hoc solum spectabat, ut pace quo cunctus modo facta, foedus illud Principum dirimeret, certo tamen die, prima luce sagittarij, ad quatuor millia, è regione Cōflantij, iuxta Sequanam castra ponunt, ab his nobiles Normanni, & cataphracti aliquot modico distabant inter uallo, pedites etiam non longe aberant in pulcherrima planicie, et Sequana tantum eramus diuisi, statim incipiunt accumulare aggeres, & è terra materiaque castellum efficiunt, quam longe nostra patebant castra, interlabente, ut diximus, fluui, dispositis deinde tormentis, Carentonio ejciunt cohortes aliquot Calabrię ducis, ita quidem, ut haec coherentur se nobis adiungere, desideratis nonnullis & militibus & equis. Deinde in nostras etiam munitioes emissis tormentis, extulerunt aliquot, & cum in coenaculum Caroli bis ejaculati essent, inter prandendum, ex famulis quendam, qui cibum deferens, bat, in gradibus occidunt. A prandio Carolus descendit in inferius tabulatum, ueniebant ad eum quotidie Principes consilij causa, quo dimisso, prandebant simul. Re deliberata, placuit, ut nostra tormenta statim opponerentur hosti. Perforatis igitur muris, qui sunt prope Conflantium, iuxta flumen,

men, collocantur ibi quorum maximus erat usus,
& alia deinde alijs locis, quam fieri potuit commo-
diffime. Aggeres illorum longe se diffundebat uer-
sus urbem, exhaustam uero terram, ejiciebant in
eam partem, quæ ad nos pertinebat, ut ab ictu telo-
rum terti essent, in fossis enim continebantse, nec
caput modo proferre audebant. Tormentorum tan-
ta uis fuit & impetus, ut maiorem non uiderim,
nam è Lutetia suppeditabant eis omnia copiose: qua-
tuor ita sunt consumpti dies, ab utraq[ue] parte maior
fuit metus, quam iactura, nemo enim, qui in aliquo
esset numero aut honore, interiit. Principes ubi ui-
denter hostem non commoueri loco, iudicabant hoc
pertinere ad suum non dedecus modo, sed & pericu-
lū, eò quod oppidanī firmiori essent animo futuri,
quum superiori quodam die, per inducias, maximo
numero, spectandī gratia prodijssent. Mandant igit̄
tur è nauibus pontem fieri, traducendis copijs, in
eum usum maiores etiam naues aliquot fuerunt
adductæ, quibus transmittetur flumen, & in hos-
tem impetus fieret. Qui ad hoc opus efficiendum
delectus fuit, eius hęc erat sententia, illos aggeres,
& terram ejectam ab hoste, nobis usui fore, quod tra-
iecto flumine, illi essent loco futuri inferiores, nec
auderent metu tormentorum è fossis prodire. Qua-
re cognita, maior nobis incessit cupiditas transeun-
di. Perfecto ponte, & in usum accommodato, accur-
rit ab hostibus focialis, affirmans hoc ipso uiolari

F ij inducias,

inducias, quæ & in bīdūm pacta fuerant, & eo dīe
sub uesperum cedebant. Venerat autem, ut quid
ageretur à nobis, cognosceret. Pons ea magnitudi-
ne erat, ut tres simul equites hastati facile transi-
rent, sex prēterea naues onerariæ aderant, quæ sin-
gulæ transportabant mille milites, & alia minora
nauigia magno numero, ut ipsorum admīnīculo
tormenta eō leniūt prouetherentur. Ex omni sīgitur
exercitu deliguntur, qui transeant, ijs p̄ficitur San-
ctopauli Comes & Haubordinus, Post medium no-
ctem, sumptis armis, antequam illucesceret, instru-
cti erant omnes. Eram ea nocte in excubitorum nu-
mero, nam immunitatem nemo quisquam habes-
bat, hīc subito exaudīmus clamorem sublatum ab
hostibus, quum enim castris incensis & abductis
tormentis abirent, acclamatiōne facta, nobis illud
significabant. Nostri ad eam rem delecti, iam cepe-
rant transire flumen, animaduerso autem illorum
discessu, lāti ad nos redeunt. Fuerant autem illi à
Rege in hoc solum emissi, ut nos ex longinquō la-
cesserent, non etiā ut prælio concertarent. In hoc
enim totus incumbebat, ut quocunq; modo pacisce-
retur, & nos dissiparet, ideoq; subinde fiebant indu-
ciae, per quas alij ad alios commeabant, direpti
fossa, quam transire uetitum erat, interea propone-
bantur aliquæ rationes pacis, & utrinq; multi ad
defectionem sollicitabantur, ab illis mittebatur in-
ternuncijs, Cenomanus, à nobis, Sanctopauli Co-
mes,

mes, & quanquam nihil magnopere perficerent, integræ tamen erant inducīæ, nec ullus intercedebat dies, quo non ex ipsis aliqui ad nos, & ex nostris in illorum castra perfugerent. Eiusmodi sane collo cutiones non uacant periculo, & ei præsertim, cuius infirmiores uidentur esse partes, magnum sæpe de trimentum adferunt. Sic enim inter homines comparatum est, ut & augescere cupiant, & sua tueri, eoque facile fit, ut sese potentioribus adiungant, & cū in principem liberalēm incident, idoneūque com parandis hominum gratijs, leui momento traducuntur aliō. Pacis igitur tractatio prudentibus atque fidis hominibus est committenda, eos à legatione reuersos, separatim audiat princeps, ac solus, ne si minus iucunda renunciēt, paucorem ea res atque mes tum inferat multitudini. Sunt enim omnes cupidi rerum nouarum, & non desunt, qui cum familiariter norint legatos, audent sibi polliceri, fore, ut omnia resciscant, uerum si iudicio sint prædicti illi, caue bunt modis omnibus, ne quid efferant, quod uel alienationem animis, uel trepidationem excitare possit. Hoc ideo mihi dicendum fuit, quod principes à suis non raro circumueniri sciam in eiusmodi actionibus, illos præsertim, qui præ fastu & arrogancia, quæ sit aliorum sententia, non auscultant, nam qui se demittunt, ac libenter aliorum iudicia cognoscunt, ij minus falluntur. Omnia autem principum, quos ego quidem noui, Ludouicus rex

F ij optime

optime tenebat rationem ex rebus aduersis eluctandi, cultu corporis erat admodum simplici, & sermone demisslo, quos uel metueret, uel a quibus alii quid speraret, eos omni ratione studebat ad se trahucere, et si forte repulsam ferret, nihilominus & dominis & magnis pollicitationibus instabat: Quos rebus secundis eiecerat, eos in necessitate positus, magno sibi reconciliabat, eorumque utebatur opera, neque propter ueteres inimicitias oderat. Homines mediocris conditionis, naturaliter amabat, potentioribus autem, & ihs qui facile ipsius ope carerent, minime fauebat, diligenter de singulis rebus perconstatabantur, & cupide audiebat omnes, eaque ratione hoc effecit, ut qui per Europam esset in authoritate, & aliquo numero viri, omneis cognosceret, hac industria & uirtute, se suasque facultates omnes seruauit, quae sanè in dubium & praesens periculum devocatae fuerant, hoc principum exorto bello, et plus rimiris in eum excitatis aduersarijs, largitionibus auctor & liberalitate admodum proficiebat, & ut rebus aduersis multum erat prouidus, ita quoque secundis, & in ocio captabat offensiones ac similitates, neque diuturnam ullam pacem ferre poterat, & leuiter de hominibus iudicabat aliquando, etiamque coram adessent. Veruntamen quia timidior erat a natura, ne quid de ihs, quos metuebat, diceret, diligenter cauebat, cuncte per intemperantiam linguæ detrimentum aliquod accepisset, agnouit culpam,

& cons-

& conuersus ad eum, quem offenderat, non melas-
tet, inquit, obfuisse mihi lingua m, sed & profuit ali-
quando, nunc autem, ut, quod illa peccauit, emen-
dem, æquum est, ac simul, cum ad eum modum fa-
miliariter ageret, donum aliquod dabat non cons-
temnendum. Est profecto magnum Dei benefi-
cum, agnoscere quod uiciosum est, ac mentem ad
meliora conuertere, mea quidem hæc est senten-
tia, ut arbitrer, eam sollicitudinem atq; molestiam,
in qua iuuenilibus annis fuit, quo tempore, deserto
patre, uixit apud Philippum Burgundiæ Ducem,
per annos sex, plurimum ei profuisse. Nam in eo res-
rum statu cogebatur accommodare se, & seruire
plurimorum affectibus, & prouidere, ne, quorum
opera carere nō poterat, eos offenderet, & hoc qui-
dem boni attulit ei fortunæ inclemens. Post mortē
patris, delato ad ipsum principatu, studebat ulcisci,
quas putabat sibi factas esse iniurias, uerum pœni-
tuere eum, accepto detrimento, & quos prius à se alie-
nauerat, cū ijs ipsis in gratiam deinde rediit. Quod si
fuisset educatus, ita ut hodie pleriq; nobiles per Gal-
liam, arbitror eum ex illis tempestatum fluctibus
non fuisse emersurum, sic enim hodie complures in-
stituuntur, quasi ad ludum essent facti & iocum, in
uestitu et omni sermone nihil moderate faciunt, aut
prudenter, literarum nullam cognitionem habent,
uiris nobis atq; peritis non patet ullus ad eos adi-
tus, de negotijs aut suis, aut populi nō cognoscunt
ipſi,

ipſi, uerum in familiāres omnia reſciunt, qui per hanc illorum ignauiam atq; ſocordiam, ſuas facul- tates inſigniter amplificant, & hoc ferè ſolū agunt, ſi quis eſt aliquando, qui forte, tanquam ex ueterno expergefactus, animū rebus gerendis adiſciat, hoc ſero admodum fit, amīſis propemodum occa- ſionibus. Indubitatum enim eſt, eos, qui in ullare unquam excelluerunt, mature puerilibus annis ad eam rem accessiſſe, Totum hoc cōſiſtit, primum in beneficio Dei, proximē in educatione. Suprā dixi- mus de diſcessu hostium, qui ē regione noſtrarum munitionum, ad Sequanam conſiderant. Inducia- ferè ſiebant in unum diem & alterum, ijs finitis, res agebatur excursionibus utrīc̄ & leuioribus praे- ijs, ē Lutetia quidem non prodibant magnis cohor- tibus, niſi quōd ſpeculatores noſtrōs equites ſub- inde reiſciebant. Suspitionem habebat rex de plae- rīſc̄, nulla magnopere de cauſa, noluit igitur conſ- fertis copijs pugnari, & ſuos à prælio continuuit. Re- tulit aliquando mihi, ſe nocte quadam reperiſſe ar- cem, que eſt ad portam Antonij, patefactam, ea par- te, que ad campū pertinet, ea res ſuſpitionem augen- bat. Qui erant Lutetię bellī duces, cōſtituerant noſ adoriri trīpartitō, ſed detecta res fuīt per adolescen- tē, qui ex aduersa fluminis ripa, clamore nobis enī- ciabat iſtud, emiſſus ab ijs, qui prīcipum rebus fa- uebant, ē quibus etiā nonnullos, fidei faciendæ cauſa, nominabat. Prīma luce ueniunt due hostium cohor-

cohortes diuersis itineribus ad pontem Carentonum, quo loco tormenta nostra erant disposita. Fit tamen multus totis castris, dum creditur hoc illud esse, quod antea significatum fuerat: confessim arma capiunt Carolus & Calabriæ dux, & temporis fere momento instructus erat omnis exercitus, pedites eramus omnes, ac ducenti solum equites obequabant, ut quid hostis moliretur, obseruarent. Eo priuilegio die res uidebatur ad prælium spectare. Biturix & Britannus, quos antea non uideram armatos, illico se nobis adiungunt. Quum ad pontem proprius accederet hostis, quam plurima in eos emisimus tormenta: Parisienses autem ex moenibus ad nostras usque munitiones suis machinis penetrabat. Cœlum erat obscurius, et nostri equites, qui propius ad urbem accesserant, credebant se uidere ingentem numerum hastarum, arbitrati regem ibi copias omneis atque uires habere coactas, reuersi igitur, celeriter hoc perferunt ad principes, & confirmant prelio decertandū esse: Ex hostibus autem, qui premissi fuerant equites, speculandi causa, cum uiderent nostros retrocedere, consecutati eos, augebant nobis illam, de qua diximus, opinionem. In eo rerum statu, Calabriæ dux, consociatis armis, militem ad uitam hortatur, oblatam esse dicens illam toties operatam dimicandi occasionem. Nostrí equites, quod uiderent hostem, qui prius in sequebatur, Lutetiam reuerti, & simul illum, quem putabant esse confers-

G tum

tum exercitum, conspicerent non moueri loco, dubitare secum incipiunt, & progressi longius, cœlo iam sereniori, cognoscunt eum locum, in quo putabant hostem consistere, consitum esse præaltis carduis, qui ex longinquo præbebant hastarum speciem. Prouecti igitur ad urbem usq; Principes de eo certiorem faciunt, excusabat autem eos & cœli obscuritas, & allatus nocte superiori nuncius.

PHILIPPI COMINAE I

commentariorum Liber secundus,



Acis conciliandæ rationes, inter regem præcipue & Carolū, qui duo longe prisi erant, minime intermittebantur, habebant autē postulata princiū magnā difficultatē. Biturix enim Normanniam à rege fratre petebat, uti portionē iure hæreditario sibi debitā, Carolus autem, Ambianū, Abbeuillam, Sanctos quintinū, Peronam, et alia quæ sunt ad Somiam op̄pida, quæ rex ante menses quatuor à Philippo principe recuperauerat quadringtonitis aureorū millibus, uolebat sibi restituī, affirmās, quamdiu ipse supereret, non esse regi licitum, illa sibi adimere, simul cōmemorat, quantum Burgundicæ familiæ rex debeat, in qua, multis annis, cum à patre secessionem fecisset,

fecisset, liberaliter & honorifice tractatus, ac deinde mortuo patre, Rhemos & Lutetiam esset ipsorum sumptu deductus, & regno inauguratus. Post cresbras utrinq; missiones, rex aduerso flumine, nauis gio subiectus, uenit ad eam partem, quæ ad nos pertinebat, ad oram fluminis comitabatur cum magnus equitatus, in naue pauci admodum erant. Prius, quam exponeretur, conuersus ad Carolum, qui ~~una~~ cum Connestablio ad ripam expectabat, an fidem, mihi das, inquit, sororie? (nam in matrimoniū aliquando Carolus habuit eius sororem) illo affirmante, egressus, ubi salutasset amanter, agnosco, ait, te uere nobilem, & è Franciæ regum stirpe procreatum esse, rogatus à Carolo, quid ita? Nups, ait, quo tempore legationem misi ad parentem tuum, cognatum meum, atq; te, cū ineptus ille Mornillerius, tam illiberaliter te tractaret, denunciabas mihi per Archiepiscopum Narbonensem futurū, ut intra annum me pœniteret eius facti: seruasti nimis rum promissa, et citius quidem opinione: Ridens et hilariter ista loquebatur, quod illum eiusmodi sermonē sciret oblectari: Pergens deinde, cum id genus hominibus, ait, qui non discedunt à promissis, uolo mihi commercium intercedere. Post hæc, sui purgandi causa, negabat se Cancellario quicquam eorum, quæ liberius & inepte dixerat, mandasse: Mediū obambulabat inter Carolum & Sanctos pauli Comitem, ex propinquo diligenter obseruans

G ij bant

bant à Carolo dispositi equites . Postulata erant eius generis , ut paulò supra demonstrauimus , & cū anteā prætexerent bello , commodum Reipub . , de priuatis rationibus iam singuli cogitabant . Ut fra tri Normanniam daret , non potuit omnino rex ad duci , reliqua facile permisit , & ut Carolo gratifica retur , deferebat Comiti Sanctopauli Connestabliatum , quod est totius Galliæ maximum munus , & honor amplissimus , atq; ita quidem tunc nullare alia perfecta , disceditur . Consumptis ad hunc modum aliquot diebus , et si non tam crebro commeabant utrinq; pacis conficiendæ causa , ut prius , rex tamen & Carolus , etiam ardente bello , per inter nuncios , homines obscuros de pace agebant : id re liqui principes egre tulerunt , et collecta suspicione , tædebat eos bellum , & longioris moræ , & nisi magno casu quiddam interuenisset , de quo postea sum dicturus , non absq; ludibrio domum reuertissent . Vidi , quo tempore in eodem coenaculo , cum adessent omnes , aliij cum alijs separatim consultarent , id molestè admodum tulit Carolus , quoniam se præsentè bis iam acciderat , et alioquin sic erat , ut ferre non posset collocationem ullam in aspectu suo fieri , cui non & ipse adhiberetur . Hunc suum dolorem , ad Contænum , magna uirtute uirum , non dissimulat , is hortatur , ut moderate ferat , nec ullam præbeat offensoris causam , illos ad gratiam & amicitiam regis habere faciliorē receptum , uarijs de causis , quemq;

quemadmodum sit omnium longè primus & pos-
tentissimus, ita etiam equum esse, ut sit prudentissi-
mus, caueat modis omnibus, ne quod oriatur dissis-
tum, sed ægritudinem illam animi dissimulet, &
amanter cum socijs agat, non esse nihil, quod offendit
dantur illi, displicere multis, etiam aliquot ipsius
necessarijs, tam humilis conditionis homines, age-
re de pacificatione, & tractare negotia tam ardua,
quod eò sit periculosius, quo magis rex in largitio-
nes propendeat, quibus expugnare queat etiam
constantioris hominis animum. Secutus hoc consi-
lium, fingit uultum, & incipit agere familiarius, &
sua cum ipsis cōsilia subinde communicat, pruden-
ter quidem, et tempore ualde necessario, mea senten-
tia, nā alioquin ad defectionem omnia spectabant.
Multum hercle positum est sàpe in unius hominis
virtute, modo fidem & authoritatem obtineat, sed
ferè fit, ut principes, nisi necessitate coacti, non ag-
noscant, alijs quid alijs præstent, magna enim ex par-
te, præsertim iuuenilibus annis, complectuntur
eos, qui sunt ipsorum affectibus magis accommo-
dati, & cupiditatē ministri, uerum qui sapiunt, eti-
am si iudicio lapsi fuerint aliquando, sanare tamen
student errorem, & ex uirtute suos estimant. Id om-
nium optimè sciebat Ludouicus, & tum quoq; tem-
poris, Carolus, & Eduardus Angliae rex, quos om-
nes eò loci adductos esse uidi, ut ihs, quos aliquan-
do despexerant, uehementer opus haberent, eosq;

G ij desideras

desiderarent. Supra demonstrauimus, & quid periculi sit in illis conuentibus, qui fiunt per inducias, & quem admodum principes prouidere debeant, ut idoneis hominibus negocia sua committant, illi presertim, qui viribus et causa sunt inferiores. Nunc autem, cur ei loco sim diutius immoratus, exposnam. Intererat dum de pace agitur, & utriusque mittuntur nuncijs, inita fuerunt a quibusdam clandestina consilia, de Biturige in Normanniam recipiendo, & eò tandem deducta res fuit, ut eius ditionis p̄fessi uxori, uiru, & simul nobiles aliquot, Borbonio, tam arcis, quam urbis Rothomagi possessionem traderet, quo Biturigi bona fide restitueret. In eam rē facile populus assensit, ut qui principi alicui suo parere malint, quam regis imperio subiecti esse. Pro magnitudine enim prouinciae & facultatibus, honestius id esse ducunt, ut qui nongenta franco-rum millia pendant quotannis. Recepta ad hunc modum arce, ciues fidem dant Borbonio, nomine Biturigis, prætor autem urbis, qui cum rege fuerat educatus, & Gulielmus Picardus, ad quem eius prouinciae quæstura deinde est delata, & is, qui hodie est eius regionis præfectus, adduci non potuerunt, ut iurarent, tametsi omne negocium ipsius præfecti mater confecisset. Ea recognita, rex, cum aliud non posset, decreuit omnino pacisci, cumque dis em collocutioni Carolo constituisset, egressus est Lus tetia cum centum circiter equitibus, magna ex parte

parte Scotis, Conflantium uenit, ibi reperto Caro-
 lo, deambulans exponit, quid accidisset Rothomas-
 gi, fortuna & casu factam nunc esse pacem dicebat,
 se quidem sua sponte non fuisse daturum fratri
 Normanniam, nunc uero, postea quam Normans-
 ni ipsi statum imperij mutassent, & res noua esset
 oblata, se non repugnare, & placere pacis conditio-
 nes illas, de quibus anteā non semel agitatum fu-
 isset. Eo sermone Carolus admodum fuit recreas-
 tus, propter annonae & pecuniae inopiam, quae tan-
 ta erat, ut si in Normannia casus hic non incidisset,
 nulla re perfecta discedendum nobis fuisset, quanque
 paucis interiectis diebus, auxilio uenerunt, missi à
 Philippo centū & uiginti cataphracti, mille & quin-
 genti sagittarij, telorum & arcuum maxima uis,
 ad hæc, centum & uiginti aureorum millia, summo
 certe nostro cum gaudio, nam metus erat, ne socij,
 nobis desertis, cum rege paciscerentur. Inter deam-
 bulandū sic erant ambo intenti sermoni, ut quo de-
 flacterent, nō animaduerteret. Nam ingressi uiam,
 quae Lutetiam ducit, ueniunt in castellum illud ab
 aduersarijs extructum ē regione nostrarum muni-
 tionū, ut suprà diximus, quo quidem ex loco tutus
 erat in urbem receptus. Erant apud Carolum per-
 pauci quidā ipsius familiares, illico percussi nouita-
 te rei, obstupescunt omnes, ipse utcūque poterat, dis-
 simulat: Is nunciū in castra perlatus, magnam ex-
 citauit trepidationem. Collecti subito duces, ac mi-
 litum

Iitum præfecti, uehementer incusant hanc illius audaciam, & eorum, qui cum ipso essent, incogitantis am ualde uituperant, facta mentione eius temporis, quo ipsius auus, Ioannes Burgundiæ dux, quando in collocutionem uenit cum Ludouici patre, miserabiliter trucidatus fuit. Reuocatis igitur omnibus copijs intra munitiones, Burgundiæ Mareschallus, etiam si iuuenis hic, & stolidus, inquit, princeps, in præcipitium aliquò discessit, nobis tamen prouidendum est, ne Philippi principis, à quo sumus emissi, fortunas in discrimen adducamus, optimum mihi uidetur, ut instructi quemlibet eventum expectemus: coniunctis viribus, omnem impetum sustinebimus, & uel in Hannoniam, uel Picardiam, uel Burgundiā, uī armorum atq; ferro penetrabimus. Post hæc, Sanctopauli Comes, equo circumuersus, respicit, num quos uideatur uia Parisiensi, tandem ecce conspicatur ad quinquaginta equites, qui missi à rege, Carolum reducebant incolumem, Is cum appropinquaret castris, dimisso comitatū Gallorum, sermonem ad Mareschallum, quē ob excellentem uirtutem requerebat, conuertit, qui grauiter ei obiurgans, tuus inquit, parens metibi attribuit, alioqui non sum tibi deuinctus. Ille uero leniter, noli, ait, increpare me, culpam agnosco, sed non prius deprehendi, quām essem castello propinquus. Atqui, me, inquit ille, absente & inscio, fecisti. Carolus demisso capite, et uoce compressa, ubi in cas

in castra uenit, magnam intulit letitiam, regis fidem
prædicabant omnes, ueruntamen ab eo tempore
nunquam in eius potestatem ille redijt. Postero die
Carolus delectum habet totius exercitus, præter
quam eorum, quibus Burgundiaæ Marescallus præ-
erat, hic enim infestior erat regi propter ademptum
sibi quoddam oppidum in Lotharingiaæ finibus.
Constitutum erat, ut principes omnes regis benefi-
ciarij & clientes, ad certū diem adessent Vincennij,
prope Lutetiam, & ne qua doli suspicio resideret,
permittebat rex Carolo, ut militum suorū præsidio
muniret eam arcem, donec peracti essent cōuentus.
Postq; eò uentū est, Biturix, ea ditione, quam hacte-
nus possederat, relicta, fidem regi dat pro Norma-
nia, Carolus autem pro illis Picardiaæ oppidis, quæ
sunt ad Somiam flumen, Sanctopauli Comes dela-
tū sibi munus à rege, Connestabliatum, iurat bona
se fide administratur. Est apud nos quotidiano ser-
mone tritum prouerbium, quo dicitur, in splēdidis-
simis etiam epulis existere semper aliquos, qui mis-
nus bene tractentur. Idem usiuuenit in hac quoq; pa-
cificatione, dum alij, quod uellent, adepti sunt, alij
spe & expectatione deciderunt. Mediocris conditi-
onis homines rex ad se traducebat, reliqui Norman-
iē ducem & Britannum sectabantur. Confectis as-
pud Vincennium literis de pacificatione & preteri-
tarum offensionum abolitione, discedunt pariter
omnes, Abeuuentem Carolum in Flandriam, rex cū

H paruo

paruo comitatu, per aliquot millaria deducit, subsequenteribus eum circiter ducentis cataphractis, qui reducerent. Carolus, multa nocte, cum se quieti daturus esset, ea de re certior factus, collecta suspicioe, iubet suos esse in armis. Atque ita uidere licet, quam aegre consistat inter principes amicitia, propter diversitatem eorum, que singulis propè momentis ad ipsos deferuntur. Cauere igitur debent, ne in collectionem ipsi ueniant, sed per legatos, uiros prudentes, qui quod utrinque peccatum est, sanare possint, sua negotia conficiant. Postero die rex, humaniter & perbenigne dimisso Carolo, redit Lutetiam, ille per Nouiodunum facto itinere, quacunque transibat, honorifice fuit exceptus, mandato regis. Cum peruenisset Ambianum, prouinciam illam omnem, quam hac pacificatione recuperauerat, in sua uerba per iusurandum adigit. Illinc proficiscitur aduersum Leodos, qui per ipsius absentiam, alioquot mensibus, bello uexauerant Philippum principem, incursionibus factis in Brabantos & Namurcos. hyemis autem interuentu exclusus, & impeditus, nulla re maiori perfecta, uicos & aedificia multa uastata incendijs. Facta deinde pace, quam illi constituta poena iurabant minime se uiolaturos esse, ad Brabantos reuertitur. Inter Normannum autem & Britannum, ubi Rothomagum uenerunt, natæ sunt dissensiones: eas alebant ipsorum familiares, qui cum aliquando re lauta fuissent apud Carolum septimum,

septimum, non mediocriter doluerunt ex ista com-
mutatione fortunæ. Britannus autem, quod om-
nem ferè belli sumptum sustinuisse, æquum es-
se putabat, aliquam administrationis partem ad
se pertinere. Simultas eò usq; creuit, ut Britannus,
in montem, qui proximus urbi imminet, sese recipie
recoegeretur, cumq; ne ibi quidē satis esset in tuto,
domum reuertitur. Quare intellecta, quum alios
qui rex calceret artem dirimendi amicitias, utilē sibi
futuram esse uidens eam factionem, cum exercitu
propius ad Normanniam accedit, Qui erant ijs los-
cis præfecti, complures in deditiōnem ultrō uenies-
bant, ut ad eius gratiam receptum haberent. Et ut
Britannum à fratre diuelleret, auxiliaq; detraheret,
in collocutionem cum eo uenit, eò quod inferioris
Normannia loca quædam ille tenebat, de quibus,
cum ex utriusq; arbitrio constitutum esset, Britan-
nus domum redit, ipse uero exercitum in fratrem
educit, qui repentina bello perterritus, amissis iam
aliquot oppidis & castellis, in Flandriam statuit
profugere. Carolus, qui tum erat in Leodiorum fi-
nibus, implicatus bello, per hyemem, dissidium hoc
grauissime tulit. Cupiebat enim in primis, ut Nor-
mannia suum separatiū haberet principem, sic
enim tertia ferè parte uidebat imminutam esse res-
gis potentiam. Conducit igitur copias, quæ præsis-
dio essent Depæ, maritimo Normannia oppido,
decem à Rothomago milliaribus, uerū anteq; ad-

H ij duces

ducerentur, eius loci praefectus paciscitur, atq; ita Normanniam rex omnem recuperat, præter ea loca, de quibus inter ipsum & Britannum certis conditio[n]ibus antea conuenerat. Normannus, ut sus præ dixi, constituerat in Flandriam sese recipere, sed inter easarta fuit inter eum & Britannum amicitia, uidebant enim uterq; quemadmodū hac similitate fortunas suas omnes & facultates in discrimen adduxissent. Est sane difficile admodum, ut qui sunt equali potētia principes, diuturnam colant amicitiam, nisi maiori alicuius authoritate cohibeantur, eius rei multa ipse uidi et cognoui documenta. Sic enim est inter homines cōparatum, ut facile suscipiant inimicitias, neq; respiciāt ad eum, qui ferè comitari solet, tristem & luctuosum exitum. Mea sic est sententia, ut existimem, eum, qui solus in potestate habet decem hominum millia, magis esse metuendū, quam decem confederatos, qui singuli senis millibus presunt, nam quia nullius h̄c est præcipua uel singularis authoritas, multa quotidie in disceptationem incidunt, & antequam aliquid consti tuatur, prætereunt ferè occasio[n]es. Normannus, amissa ditione sua, cum ipsius familiares prope omnes regi sese dedissent, ad Britannum proficiuntur. Proverbio dici solet de Britannis, quod ieci sapient; illud hic locum habet. Inter regem & principes ultrò citroq; crebri comineabant nunciū, partim, ut de rebus, quæ geregabantur, cognoscerent, partim, ut ad defensio[n]em.

ad defectionem aliquos sollicitarent; alij etiam, ut
res turbatas compонerent, & hi quidem minus pru-
denter, nimis enim erant circumspecti, & ad rem sus-
am intenti, rex atq; Carolus. Sed est quoddam ge-
nus hominum, qui sibi persuadent ipsis, explicare se
posse negotia, quae tamen cuiusmodi sint, magna
sæpe ex parte ignorant, eò quod ij, à quibus emit-
tuntur, non semper se patefaciunt illis totos, & sicut
Principes prouidere debent diligenter, quibus ho-
minibus rerum tractatiōem committant, ita quoq;
uicissim illi, qui mittuntur, debent explorare suas
vires, neq; munus ullum, cui se putent esse impares,
subire. Necenī paucos noui, magnos alioqui uiz-
ros, qui similiūm rerum tractationibus adhibiti,
summam offenderunt difficultatem. Sunt omnino
duo genera principum, alij tām sunt acuti & suspic-
ciosi, ut uix & grē sustineri possint, ferē enim est, ut se
circumueniri potent & ludificari: Alij, suspicionis
bus quidem non indulgent, uerum ingenio sunt ita
stupido, & ignaro, ut quid utile sit, quid mīnus,
non intelligent, atq; in his parum est constantis ani-
mi, facile enim & ab amicitia discedunt, & ab odio
transeunt ad amicitiam, & quanquam illaudatum
est utrumq; genus, ut in quo non possis acquies-
cere, cum priori tamen illo malim mihi rem esse,
quia multe sunt rationes tuendi se apud illos, cum
altero nihil recte perfeceris, eò quod ipsi rerum om-
nium securi, in suos familiares omnia rehiciunt.

H iij Rex

Rex impeditum uidens Carolum bello contra Leodios, molebatur semper aliquid aduersum Britanos, & ipsis quoque Leodijs auxiliorum aliquid summis mittebat. Id animaduertes Carolus, dabat operam ut socios defenderet, non unquam de inducijs cum rege paciscebatur. Ad hoc fere tempus captum fuit Dinantum, quod est in Leodiorum finibus oppidum, ad Mosam, ualde munitum & locuples. Philiippus Caroli pater, & si aetate confectus erat, uoluisset tamen ad obsidionem eius urbis deferri lectica. Propter insignem enim atrocitatem eius populi in Burgundiones, oderat eos infestissime, nam & perpetuis incursionibus uexauerant anteà Bouillos, qui sunt ad alteram fluminis ripam, Burgundici imperij, et recès, per octo menses durissime illos circumuallauerant, ita quidem, ut miseri, tormentis & alia ui maiori coacti, abderent sese in loca subterranea, cunq; sint plane uicinæ haec dura urbes, dici tamen non potest, quam acerbè & hostiliter inter se dissident, atq; id eo mirabilius est, quod matrimonia in uicem coniungunt, quoniam ab alijs oppidis sunt aliquanto remotiores. Anno superiori, priusquam euerterentur, quo tempore Lutetiam uenit Carolus, pacem fecerant cum Philippo, & pecuniae summa aliqua persoluta, discesserant a foedere Leodiorum, & sua separatim negotia tractabant, quod ipsum erat indubitatum interitus ipsorum veluti presulium quoddam. Quoties enim illi, qui foedera coniuncti

coniuicti sunt, secessionem faciunt, & se dissipari
patiuntur, dubitari amplius non debet, quin paulas-
tim omnes cladem aliquam accipient, idq; pertinet
tam ad príncipes quam ad ciuitates, & quoniam
eius rei plurima existunt documenta, longiori ser-
mone nihil est opus. Omnia uero mortalium op-
timè callebat Ludouicus rex artem dirimēdi societ-
tates atq; foedera, in eoq; non parcebat ulli, uel sum-
ptui uel labori, modo perficeret, quod uellet, neq;
uero príncipes tantum, uerum etiam familiares ip-
orum sollicitabat. Non multo pòst, pœnituit Di-
nantenses eius pactionis, ideoq; de quatuor ciui-
bus, qui illius consiliū príncipes fuerant, graue sum-
plerunt supplicium, redintegrato bello, quod uici-
nis Namurcis inferebant. Circumsedit igitur eos
Philippus, sed bellum gubernabat Carolus. Venes-
rateò Sanctopauli comes, Galliè Connestablius, ut
eis opem ferret, non quidem iussus à rege, uerum
sua sponte, coacta militum manu in finibus Picar-
diæ. Octauo die postquam tormentis admodum
fuisserent oppugnati, fecerunt eruptionem, sed non
abscq; summo detimento, ita quidem, ut socijs ipsos-
rum deesset spaciū auxiliandi. Captum enim op-
pidum, solo fuit æquatum, & qui à cæde supers-
erant, circiter octingenti captivi, è regione, & in con-
spectu Bouillorum, in flumen præcipitati submers-
gebantur. Atrox admodum fuit ista uindicta, sed
credibile est diuinitus accidisse, propter anteactam
ipsorum

ipsorum crudelitatem in uicinos. Postero die Leo^{rum}
diorum maxima uenit manus, ut illis esset subsidio,
plane contra datam fidem, nam ex pacto discesserant
ab ipsis. Confecto eo bello, Philippus ob gra-
uem aetatem domum reuertitur, Carolus cum ex-
ercitu in Leodios proficiscitur. Occurrimus autem
illis opinione citius, eò quod primum nostrum ag-
men aberrasset à uia, & tametsi diei tempore ex-
cludebamur, tamen instruimus aciem. In hoc ipso
tempore, legati ueniunt ad Carolum, oratum, ut
ignoscat multitudini, ipsi uero Leodij pra se fere-
bant desyderium quoddam & ardorem pugnæ, neq;
uidebantur idem sentire quod legati, ueruntamen
ultrò citroq; missis nuncijs, Carolus his conditionis
bus paciscitur, eosq; recipit, ut anni superioris pa-
ctiones seruent, ut certam pecuniaæ summam de-
pendant, ut trecentos dent obsides ante horam
octauam in sequentis diei, eorum nomina fuerunt
scripto comprehensa. Fuit ea nocte ualde à nobis
trepidatum, quod nec munitiones ullas habere-
mus, & longiori interuallo essemus dirempti, loco
ualde iniquo, cum & hostium copiæ essent pede-
stres omnes, & loci naturam optimè tenerent. Ex
ipsis plœriq; cupiebant nos adoriri, nec absq; causa,
meo quidem iudicio, sed qui fuerant pacificationis
authores, obsistebant. Prima luce cogiturn omnis
noster exercitus, cataphractorum circiter tria mil-
lia, sagittariorum ad quatuordecim millia, & pedi-
tatus

tatus mediocris ex uincinia collectus. Expediti contendimus ad illos, accepturi promissos obsides, uel nisi darent, prælio dimicaturi. Postquam eò uenitum est, offendimus eos dispersos, absq; ordine, ut fieri solet in populo, qui nullo continetur imperio. Iam multis erat dies, cum obsides nondum dedissent. Carolus perquirit sententias quid sit agendum. Burgundiæ Mareschallus primus omnium rogatus, ait, impetum in eos debere fieri, facile citra periculum posse eos profligari, & ipsos adeò in culpa esse, qui datam fidem non seruassent. Proximus Contœus, ea comprobata sententia magis etiam infigit, pulchriorem offerri non posse ullo tempore occasionem, & simul demonstrat, quemadmodum nullo ordine, & sine timore uagarentur, non esse igitur diutius morandum. Connestablius contraria stradebat, si illos adoriantur, fore, ut existimationis & honoris iacturam subeat, tantam hominum multitudinem, in retâ ardua, non posse tam facile stastuere, mittendum esse potius legatum, qui de uoluntate ipsorum cognoscat. Carolus diu multumq; nunc in hanc nunc in illam partem fluctuat, hinc stâ mulabat eum uetus in illam gentem odium, quam facile posse deleri totam uidebat, illinc mouebat eum pudor & honestas. Tandem mittitur legatus, ei in itinere obsides fiunt obuij. Connestabli sententiâ ualde improbabâ milites propter eruptam prædam, Leodium continuo mittuntur legati, ut pacificatio

ficationem illi confirmarent. Vulgus hominum, ut
est leue & inconstans, præter alia multa, quæ pro-
teruè in legatos admiserunt, hoc quoq; dicebant,
Carolum non fuisse ausum concertare prælio. His
rebus perfectis, in Flandriam redit, & ad hoc fere
tempus evita discessit ipsius pater Philippus. Agi-
tabatur semper aliquid inter príncipes. Rex iratus
erat & Carolo & Britanno, inter quos difficilis erat
commeatus, propter itinerum impedimenta, &
belli quidem tempore, non nisi per mare & Anglia-
m patebat transitus, & à Caletis ad Carolum, nisi
per ambages, & cum periculo ueniri non poterat.
In his rerum difficultatibus, dum nunc bellum ges-
ritur, nunc induciae fiunt, nunc alijs in alios intenti
sunt, & suos quisq; socios in pacificationibus com-
prehendunt, hoc beneficij Deus præstítit Galliæ, ut
factionibus & bellis ciuilibus Anglia diuexaretur.
Nam alioqui Gallia dubioprocul in magno fuisset
discrimine. Rex totus in hoc erat, ut Britannum de-
bellaret, eò quod ad iniuriam uideretur esse oppor-
tunior, & quod suis hostibus præberet hospitium,
in primis autem fratri, multisq; alijs, quorum in
Gallia non leuis erat authoritas. Sollicitabat igitur
omni ratione Carolum, egregijs propositis conditi-
onibus, ut fratrem atq; Britannum desereret, atq; ut
facilius hoc impetraret, pollicetur se quoq; Leodios
& alios ipsius aduersarios deserturum esse, ue-
rum Carolus ijs omnibus repudiatis, exercitum in
Leodios

Leodios iterum educit, qui pacem nuper factam, uiolauerant, tametsi dedissent obsides, ea quidem conditione, ut si quid contra pactiones facerent, integrum esset ipsi, supplicium de illis sumere. Dum Carolus apud Louanium copias cogit, regis legati, Connestablius, qui iam totum sese dederat Galliae, & Cardinalis Baluensis, cum eiusmodi mandatis, eò uenient, Leodios esse comprehensos in inducijs, quod si bellum in eos moueat, regem ipsis non defuturum, ueruntamen si patiantur, Britanno bellum ex Gallia inferri, discessorum esse regem ab eorum defensione. Carolus ad hæc respondit, non se bellum authorem esse, uerum Leodios, qui pactas inducias uiolassent, ut autem socios & confederatos prodat, nullam esse iustum causam. Eo dato responso, discedentibus iam legatis, clara uoce dicebat, orare se regem, ne quid in Britannia moueret. Tum Connestablius, qui paucum magis urgebat, Tu uero, inquit, optione data, non eligis, sed utrumque tibi sumis, bellum uis inferre quis busuis pro tuo arbitratu, nostris etiam amicis & co-federatis, atque interea iubes, ut ociosi spectemus, nechostem ulciscamur, fieri ista non possunt, neque rex admissurus est. Ad hæc Carolus, Hostes, inquit, coactis copijs expediti sunt, et opinor intra triduum mihi dimicandum esse, quod si me uinci contingat, facietis quod erit ex usu uestro, sed si prælio sim superior, non infestabitis Britanniam, atque ita legati

I ii disces

discedunt. Carolus Louanio digressus cum insi-
gni exercitu, obsidione cingit Centrones oppi-
dum. Sed antequam eò ueniret, conuocato concil-
lio, deliberauerat, quid de obsidibus statuendum
esset. Dicebant aliqui necandos esse, Contæus in
primitus, cuius sententia præter morem & ingenium
ipsius, uisa mihi fuit admodum atrox. Optimum
igitur est, ut príncipes multorum audiant sententi-
as. Sæpe enim accidit, ut prudentes etiam uiri la-
bantur, & errent in dicendis sententijs, quando uel
gratia, uel odio, uel æmulatione quadam impulsi,
diuersum ab alijs dicunt, deinde non semper sumus
eodem animi uigore, nam quæ fiunt à prandio con-
sultationes, inter decreta referrinon debent. Quod
si quis putet, eos, qui sic aberrant & labuntur, non
esse principum adhibendos consilijs, ille memine-
rit, neminem esse omnium hominum, qui non falsi-
latur aliquando, atq; ex affectibus aliquid agat,
ideoq; in magno deliberantium numero hoc boni
est, quod aliqui semper existunt, qui quod ab alijs
peccatum est, emendant atq; sanant. In hoc concilio
quidam, præiudicio Contæi decepti, sequebantur
eius sententiam, quod magnæ esset authoritatis.
Nam in omnibus ferè conuentibus non desunt, qui
nihil quidem ipsi pronunciant, sed aliorum senten-
tiam, & si nihil intelligent, sequuntur, eoq; ipso pla-
cere sæpe student, & gratificari ei, quem uident in
illustri loco positum esse. A Contæo rogatus Im-
bercortus

bercortus Ambianus, vir nobilis, & singulari vir-
tute, ait, in primis cauendum esse, ne Deus aliquo
scelere offendatur, debere Carolum ita se compas-
rare, ut hoc uno facto clarum faciat, & demonstret
omnibus, quam non sit, aut crudelis, aut vindictae
cupidus. Sibi uideri, dimittendos esse obsides, qui
suorum fidem fecuti, pro salute patriæ in discrimen
venissent, abeuntibus autem illis declarandum esse
beneficium, quo sint affecti, & mandandum, ut
modis omnibus hortentur suæ ciuitatis populum
ad æquitatem & pacem colendam, quod etiam si
non impetrant, ut tamen ipsi memores accepti be-
neficij, non sumant arma, uel in Carolum, uel in
Episcopum suum. Hæc sententia cum in concilio
uicisset, liberati obsides, fidem dabant, se satisfactu-
ros esse mandatis. Tum & illud additum fuit, quod si
qui deprehenderentur ex ipsis, ullo tempore, cum
armis aduersus Carolum, magno id eorum capititis
periculo futurum. Posteaquam Contæus tam atro-
citer dixisset in miseros obsides, qui simplicitate
persuasi, in eas angustias deuenerant, ex nostris
quidam ad me tacite, Vides, inquit, Contæum, licet
estate sit grauis, firma adhuc esse ualentidine, sed au-
sim affirmare, quandoquidem adeò crudeliter sens-
tentiam dixit, intra annum esse moriturum. Atq[ue] ita
quidem accidit, sed ante mortem, Principi suo bo-
nam operam naurauit, ut postea sum dicturus. Erant
in eo oppido, quod obsidebatur, Leodienses ad tria

millia, ijs præterat uir quidam nobilis, egregia virtus
te, is ipse, qui de pace legatus ad nos uenerat, cum
obuios illos haberemus, ut suprà diximus. Tertio
obsidionis die, Leodienses, ad triginta circiter mil-
lia, pedites omnes, præter quingentos equites, cum
maxima ui tormentorum, auxilio illis uenerunt,
paulò sub meridiem. Aberant à nobis ad dimidi-
um milliare, in quodam uico, quem ab altera parte
alluebant paludes. una cum ipsis erat Franciscus
Rojetus, legatus regis. Illico propius ad nostras mu-
nitiones excurrunt, in hoc enim errauerant nostri,
quod potiores equites longius emississent, & de ho-
stium aduentu primum ex pabulatoribus nostris
cognouimus. Carolus eo die, præter morem & con-
suetudinem optimè distribuit exercitum. Cohortes
enim aliquot, & inter hos circiter sexcentos Anglos
ad obsidionem reliquit, ad utrumq; latus uici dispo-
nit mille ducentos cataphractos, ipse paulò longis
tus, è regione, cum octingentis cataphractis & sagis-
taris, et magno peditum numero consistit. Primam
aciem ducebat Rauestenus, pedites omnes. Hi cum
uenissent ad oram fossarum, quæ & latæ erant, &
altæ, & aqua plenæ, telorum multitudine hostem
reijciunt, occupatis fossis & tormentis, sed cum nul-
la iam nostris tela superessent, illi redintegrato an-
imo prælongis hastis impetum faciunt in nostros sa-
gittarios, occisis in eo temporis uestigio circiter
quingentis, ita quidem, ut ad fugam nostri prope-
modum

modum spectarent, uerum in eo rerum statu, Caro-
lus iubet progredi reliquam manum sagittario-
rum, quibus praeerat Cordeus; Hi magnis animis
hostem adorti, primo statim concursu profligant.
Equites nostri, qui ad latera uici erant dispositi, &
Carolus etiam, ex eo loco ubi constiterat, impediti
paludibus, uim ullam inferre hosti non poterant, sed
hoc solum expectabant, ut si primo nostro agmine
pulso, & superata fossa, in planiciem illi uenissent,
exciperent eos. Disiecti igitur illi a nostris sagitta-
riis, fugiunt per loca palustria, & praeterquam pedi-
tes, nemo consectabatur eos. Ibi Carolus cohors-
tes aliquot equitum emittit, qui persequuntur, sed in pa-
ludibus tardati, cogebantur longius oberrare, super-
ueniens deinde nox, periculo multos eripuit. Caro-
lus postea magno per oppidum audito fremitu, ue-
ritus eruptionem illorum, nouas eò mittit equitum
cohortes. Id quod metuerat, accidit. Ter enim conas-
ti eruptionem facere, reiecti sunt. Quinon profus-
gerant, collecti denuo circa munitiones, aliquantum
lum restiterunt. Desiderata sunt in eo prælio ad nos-
uem millia, quod nisi nox persequendī fine fecis-
set, ædita fuisset multò maior cædes. His rebus pers-
actis, Carolus multa iam nocte redit in munitiones
cum toto exercitu, præter mille & ducentos
illos equites, qui ad duo milliaria progesi, pers-
uequebantur fugientem hostem, quem propter ins-
teriectū amnem alioqui non potuissent assequi, tas-
metisi

metsi tenebris impediti , nihil magnopere efficie-
bant. Eo die Carolus egregia usus est opera Con-
taei, in instruenda acie , ab eoq; prælio paucis post
diebus evita ille decessit, cum in obsides adeo fu-
isset asper & implacatus, ut suprà docuimus. Depo-
sitis armis, Carolus scribam accersit, dat literas ad
Constablium, et alios regis legatos, qui ante qua-
triduum ab eo discesserant, nunciat cæsum & pro-
fligatum esse hostem, ideoq; petit, ne qua uis infe-
ratur Britanniæ. Biduo post prælium , oppidani
obsessi , quod arbitrarentur cædem suorum esse
multò maiorem, deditioñem faciunt, & decem ex
omnibus uiros dant in potestatem Caroli. De his
supplicium capitis sumitur, ex ijs erant sex, qui cum
recens fuissent obsides, beneficio Caroli sub condi-
tione fuerant dimissi, ut diximus. Est sanè res plena
periculi , dimicare prælio , propter incertissimum
euentum. Nam etiam ut modica sit accepta clades,
fieri tamen non potest, quin aliqua fiat rerum con-
uersio, partim metu hostium, partim contemptione
& despectu illius , qui infoeliciter pugnauit, oritur
fremitus & indignatio militum, qui & magnis fa-
cturis conciliandi sunt. Optimum igitur est, ut qui
prælium aduersum fecit, contineat se quantum fi-
eri potest, intra suas munitiones , & experiatur , si
qua ratione non difficulti possit recuperare amissam
gloriam, ut suis animum addat, & eos metu liberet:
Dici enim non potest, quantas secum incommodis
tates

tates trahat secum aduersum prælium; ubi qui uis
 toriam adeptus est, authoritatem suam amplificat,
 & facile quiduis impetrat, & militem habet ad ques-
 uis obsequentiorem. Sed à uictoria præstanti qua-
 dam opus est moderatione ac temperantia, ne quis
 prospero fortune cursu fiat insolentior, & ea deinde
 consilia sequatur, quæ ad præcipitium deducunt, id
 quod nō paucis florētissimis uiris accidisse constat.
 Carolus, in deditiōem acceptis Centronibus, Ton-
 gros obsidet, qui & ipsi quod infirmum esset oppi-
 dum, non expectata ui ulla maiori, deditio nem faci-
 unt, traditis etiam in potestatem illius decem uir-
 ris, inter quos & ex obsidibus aliqui erant: De his
 quoq; sumptum est supplicium. A Tongris conten-
 dit Leodium. Diuīsa erat ciuitas, nonnulli resisten-
 dum esse putabant, alij, quod uiderent omnia cir-
 cum incendijs atq; depopulationibus uastari, pa-
 cem dicebant esse redimendam. Vbi propius ad ur-
 bem uentum est, initæ sunt aliquæ rationes pacis,
 eoq; rem deduxerunt quidam ex priorum obsidum
 numero, memores accepti beneficij, ut ex primarijs
 ciuib; trecentos adducerent, cultu corporis mise-
 rabili, qui ad Carolum delatis portarum clauib;,
 in fidem ac potestatem eius se se dabant, ea lege, ut
 ab incendio & direptione abstineretur. Erant tunc
 apud Carolum legati regis, missi, ut idem quod an-
 teā Connestablius, sollicitarent. Quo die cum Leo-
 dijs transactum fuit, Carolus ingressurum se pu-

K tans

tans in urbem, præmisit Imbercortum, qui, quod ei
ciuitati aliquando præfuiisset, acceptus erat multitudini. Is cum non admitteretur, in vicinam abbas-
tiam sese recipit cum ducentis circiter militibus, in
eoq; numero & ipse eram. Nunciabat ei Carolus,
quod si tutò ibi esset, ne discederet, sin minus, utin
castra rediret, propter incommoditatem enim loci,
& uastissimas rupes non facile poterat ei subuenire.
Imbercortus, quoniam erat in loco munito, consti-
tuít ibi manere, & ex oppidanis, qui supplices ue-
nerant, ut diximus, quosdam apud se detinuit certo
consilio, ut postea sum dicturus. Noctu, sub horam
nonam, audimus pulsari campanam. Ad hoc sis-
gnum oppidaní conueniebant, & uerebatur Im-
bercortus, ne cōsilium inirent nos adoriēdi. Certior
enim factus fuit, esse quosdam in urbe potetes & lo-
cupletes homines, qui pacem repudiarent, & uera
fuit eius coniectura: Nam hoc agebatur, ut nos ins-
opinantes opprimerent. Ibi tum ille, quod si possis-
mus, inquit, sustinere ipsos, & demorari ad mediā
usq; noctem, salvi sumus. defatigati uolent sese res-
ficere ex labore et uigilia, et qui sunt infestiores nos-
bis, reparū fœliciter tentata, fugæ sese mandabunt,
Atq; ut commodius perficeret, quod habebatin ani-
mo, ex oppidanis, qui cū ipso erant, duos emittit in
urbem cum mandatis & pacis conditionibus, eo
consilio, ut interea, dum illi super ijs rebus delibera-
rent, tempus extraheret. Est enim eius populi pers-
petua

petua consuetudo, ut quoties grauioris rei aliquid
allatum est, in curiam, ad sonitum campanæ, con-
ueniant. Cum ciues illi duo, quos emisimus, ad
portam uenissent, offenderunt magnam uitam homi-
num, quorum alijs prælium, alijs pacem poscebant.
Ibi nostri legati, clara uoce dicebant urbis Praefes-
to, adferre se non iniucas conditiones ab Imber-
corto, Caroli legato: recte facturos igitur, si in cui-
ria tributum collecti de summa rei cognoscant. Pla-
uitea sententia, & continuo pulsatur campana,
quo signo facile intelligebamus eos occupari ne-
gocio. Nostrí quidem legati non redibant, sed ho-
ram unam post, multo quam anteà maiorem fremis-
sum exaudimus ad portam. Confluebant enim eò
maxima multitudine, et ex mœnibus proteruè mul-
ta, & iniuriose in nos dicebant. Imbercortus, quod
intelligeret nos in maiori esse periculo, quam anteà,
teliquos quatuor obsides emittit ad illos cum lites-
ris in hanc sententiam: Quo tempore ipse mandato
Caroli præfuisset urbi, perbenigne se & amanter
ipso tractasse, uelle nunc quoq; se tota mente &
animo prouidere, ne quod detrimentum ea ciuitas
accipiat, cupere se modis omnibus ipsorum salu-
tem, quam si consequi uelint & retinere, opus esse,
ut quemadmodum fuissent pacti, Carolum in ur-
bem recipiat. Præter eas literas, ipso etiam oppida-
nos, qui mittebantur, quæ dici uellet, edocuit. Qui
cum eò uenissent, patentes repererunt portas, plæ-

K ij rig cons

riꝝ contumeliosis uocibus, & grauibus intermina-
tionibus eos excipiebat, alij, quò minus audiretur,
non repugnabant. Itaque redierunt in curiam, cum
notum campanæ sonitum denuo exaudiremus, ut
de suimus exhilarati, & paulatim iam remittebatur
ille, qui fuerat ad portam tumultus. Cum ad secun-
dam usqꝝ horam post medium noctem delibera-
sent, placuit seruandas esse priores pactiones, et po-
stero die unam ex portis Imbercorto tradendam
esse. Quo facto decreto, Rasius Lutrius, vir potens
& nobilis, qui pacem dissuaserat, cum sua clientela
omni profugit. Immoratus sum huic loco diutius,
ut ostenderem, per eiusmodi rationes, quibus usum
esse uidemus Imbercortum, magna saepe pericula
& incommoda posse declinari. Postridie prima
luce ex obsidibus ad Imbercortum multi ueniunt
oratum, ut in curiam, ubi coactus esset populis, ue-
niat, & iureiurando ipsis caueat de incendio & di-
reptione, quod si faciat, fore, uti in portæ possessio-
nem mittatur. Ea re prius ad Carolum nunciata,
proficiuntur in urbem, & data fide, quam petebant,
redit ad portam, eamqꝝ mutatis custodibus, in suam
potestatem recipit, & vexillum Caroli ad eam præ-
figit. Occupatas deinde tres alias portas, firmo præ-
sidio munit. Erat id temporis Leodium, urbs flo-
rentissima, & populosa ualde. Nam ex uicinis locis
quamplurimi eō se receperant, sic, ut ē superiori cla-
de nullos uiderentur desiderare. Non premebātur
ullis

ullis angustijs rerum necessariarum, & hyems erat,
& perpetui imbræ, & ipsum alioqui solum eius re-
gionis ualde cœnosum. Nos autem in magna era-
mus difficultate & pecunia & annonæ, necq; decre-
terat Carolus obsidere urbem, & ut uoluisse, non
poterat tamen, & si per biduum modo sustinuissent
illi, nulla re perfecta, temporis incommoditate &
rerum inopia exclusus, domum reuertisset. Hoc eò
pertinet, ut demonstrem, Imbercorti maximam fu-
isse uirtutem in huius rei tractatione, & haud dubie
gubernabat ipsius consilia Deus, eo quod tam cle-
mentem & humanam sententiam dixerat pro misera-
nis obsidibus, ut suprà docuimus. Eoq; libentius
ista commemoro, quod Principibus aliquando do-
let, contulisse beneficium in aliquem, seq; deinceps
non tam faciles futuros esse dicunt, cum tamen pros-
prium sit ipsorum munus, de quam plurimis bene-
mereri. Malum igitur iudicium faciunt, qui ita sen-
tiunt. Nam eum, qui nunquam circumuentus est,
truncum esse dixeris, aut stipitem potius, quam hos-
minem, propterea, quod inter prauum et uitiosum,
Quid interficit, dijudicare non potest. Deinde, non
omnes eodem sunt ingenio, neq; propter unius aut
alterius improbitatem intermittendæ sunt benè de
quam plurimis merendi occasiones. Hoc tamē sua-
serim, explorandum esse, cuiusmodi sint, qui bene-
ficium petunt, nec enim omnes digni sunt qui acci-
piant, & mihi quidem absurdum quiddam esse ui-

K iii deur

detur, hominē prudētem posse ingratū esse. Quam
obrem optimum est, ut Prīncipes adhibeant sibi uis
ros magna uirtute p̄ditos. Sic enim existimabunt
omnes, quandoquidem eiusmodi uirorū consuetus
dine delectantur, ipsos quoq; eisdem esse uirtutibus
ornatos, & ut paucis absoluā, semper benefaciens
dū est alijs. Fieri enim potest, ut unus aliquis, lieet te
nū sit beneficio affectus, insignem aliquā operam
p̄stet, et reliquorum ingratitudinem cumulate res
farciat, & compenset, cuius rei documentum sumi
potest ab istis obsidibus, è quorum numero, tametsi
plēriq; omnes ingratī essent, & illiberaliter agerent,
pauci tamen quidam, memores accepti muneris,
hanc tantam rem, magna cum gloria Caroli & uti
litate perfecerunt. Postero die Carolus magnificē
in urbē ingreditur, prostrata ac diruta parte aliqua
muri, & adæquata fossa. Stipatus erat duobus cata
phractorum millibus, qui pedites erant omnes, &
totidem sagittarijs, magnam etiam manū in cas
tris reliquit. Ipse equo uectus, ingreditur splendide
uestitus, cumq; ad sacram ædem eius urbis sum
mam uenisset, ex equo descendit. Commoratus ibi
per dies aliquot, supplicium sumit de sex, qui erant
ex obsidum numero, deq; ciuitatis tabellario quo
dam, quem acerbē oderat, fert aliquot leges, & pes
cuniae magnam summam imperat, quam sibi des
beri confirmabat ex uiolata superiorum annorum
pace, deinde tormenta omnia ipsis adimit & arma,
turre

turres etiam & moenia solo æquari iubet, post, dominum reuersus, honorifice fuit exceptus a populo, presertim autem a Gandauensibus, qui priusquam in Leodios proficisceretur, cum alijs quibusdam urbibus ad rebellionem spectauerant, nunc uero posteaquam uictor rediisset, reuerenter ipsum habebant, & per primores ciuitatis, signa sua militaria Bruxellam usq; deferri ad ipsum iussarent. Nam a morte patris, Carolus, quod amari se crederet ab eius ciuitatis populo, solenniter, omnium primum ad ipsos ingressus est, futurum sperans, ut si liberabitur ab eis haberetur, ad alias quoq; urbes ea res magnam ipsi conciliaret authoritatem, sed postridie, quam eò uenit, in forum armati ciues confluerunt. Eò tandem & ipse descendit, ut turbam sedaret, sed frustra. Per totos enim octo dies ibi constituerunt, & inter alia petebant sibi restitui omnia, quæ ipsius pater Philippus ademisset, deinde, ut singulæ opificum tribus haberent suum queq; vexillum, ut antiquitûs institutum esset. Cum aliud non posset, neq; satis in tuto uersaretur, temporibus coactus, largitur eis omnia, & quæ postulabant priuilegia, concedit. Mox illi in foro signa sua proferunt & affigunt, multò ante parata, non obscure præse ferentes, etiāsi non impetrassen ab eo, se tamen illa suis priuata authoritate recuperaturos. Dixerat antea Carolus, fore, ut reliquæ urbes, Gandauensiū sequerentur uestigia, & quia passim erant exorti motus,

motus, uoluit ad eos primum, à quibus diligi se puz
tabat, proficisci, quò sic alias urbes contineret. Pro
uerbio dicitur, Gandauenses amare quidem sui
Principis filium, sed non ipsum principem, ei dicto
si fidem habuisset, non fuisset in eas redactus angu
stias. Proxime enim secundum Leodios, uralde sunt
mobiles & inconstantes, uerum hoc est in ipsorum
tumultibus boni, quòd principi uim nullam adfe
runt: Honestiores etiam cives, uulgi leuitatem &
inscientiam ualde detestantur. Hanc illorum pro
teruitatem id temporis ferre cogebatur Carolus, ne
belli daret occasionem tām suis quam Leodijs, inten
rea tamen non dubitabat, quin, si Leodios debel
laret, facile ipsos esset cohhibiturus, atq; ita quidem
accidit. Parta enim uictoria, proceres urbis, pedites
omnes, & vexilla & priuilegia, & literas, quas Gan
dauo discedens coactus fuerat ipsis largiri, defere
bant ad eū Bruxellam, ut dixi, magna circūfusa no
bilium & legatorum multitudine, ut de ijs pro suo
arbitratu decerneret. Ex ipsis foecialibus quidam,
iussus ab eo, detrahit signa de hastis, quibus erant
alligata, atq; ea deinde deferebantur Boloniā, ad
quod oppidum à Caletis abest octo milliaribus, ad
mare. Exhibitis postea priuilegijs, Cancellarius,
quod p̄cipuum ex ijs erat, & ad ipsorum adminis
trationem pertinet, abrogat. Cum enim per omnes
Flandriæ urbes, Princeps magistratum constituat
quotannis, & rationes ab eo poscat, apud solos
Gandauos

Gandaios, per hoc priuilegium ei non erat integrum, creare supra quatuor senatores, ipsi uero reliquum numerum implebant; & sunt in ea urbe usque ginta sex omnino senatores, in quorum manu est, uel instigare populum aduersus principem, uel in officio continere, & obsequentem efficere. Multas tis ad eum modum Gandauensibus, reliqua ciuitates, quod nihil grauius admisissent, data pecunia, ipsum placabant. Ex qua una re uidere licet, quantum in uictoria positum sit, & quam sit periculi plenum, facere aduersum prælium. Non est ergo, nisi necessario, dimicandum, & ante prælium de summa rei cogitandum est. Nam qui meticulose aliquid faciunt et pauidè, melius ferè suis rebus prospiciunt, & saepius uincunt, quam illi, qui fastuose & superbè progrediuntur, tametsi cum Deus aliquid decreuit, frustra sumitur omnis labor, ut in Leodiensi causa uideri potest, qui, licet ipsis interdictum esset sacris, obstinate tamen pergebant, nec probabilem ullam suæ insolentiae causam adducere poterant, sed sublati facultatibus intemperanter agebant: Quo in loco, in mentem mihi uenit prouerbium quoddam Ludouici Regis, qui dicere consuevit, dedecus & detrimentum esse comites, ac ueluti pedissequas superbiam. Iis rebus Bruxellę confectis, Carolus Gandauum sub armis profectus, honorificentissimè fuit exceptus, patefecerant ei partem aliquam urbis, uti militē pro suo arbitratu

L uel emit-

uel emitteret, uel introduceret. Interea uenient ad ipsum à rege multi legati, sed et à Britāno: ipse uicis sim ad utrosq; mittit. Rex in primis cupiebat, ipsius uoluntate bellum in Britanniam inferre. Cum im petrare nō posset, grauiter tulit, præsertim, cum ille suos confederatos atq; socios Leodienses perdo muisset. Impatiens igitur moræ & ocij, prima æsta te exercitum in Britanniam mittit, occupatis ibi duabus arcibus. Normannus illico & Britannus opem Caroli implorant. Conductis igitur copijs, quanta potuit celeritate, & missis ad regem literis, petit, quoniam utriq; & confederati sui essent, atq; in inducijs comprehensi, uti à bello & iniuria abstineret. Accepto minus commodo responso, Pero nam cum exercitu proficiscitur, cumq; per triduum esset ibi commoratus, uenit ad eum Cardinalis Bals uensis, à rege, qui tum erat Compendij, oppido Pic cardiae, cum mandatis aliquot, & pacis rationibus. Is inter alia dicebat, fieri posse, ut illi separatim, ipso excluso, cum rege paciscantur. Nam eò spectabat rex, ut societatem diissiparet. Per eundem Carolus nunciat regi, quod copias collegisset, id se munierit, & socios defendendi, non oppugnandi ipsius causa facere. Lenibus utrinq; uerbis res agebatur. Non multò post illius abitionē, adferuntur à Normanno literæ ad Carolum, quibus nunciabat, se unaq; Britannum esse cum rege pactum, & ab omni alio, potissimum autem ab ipsius fœdere discessisse, &

sisse, & relicta Normannia, se quotannis accepturum
a rege fratre ad sexaginta francorum millia. His ille
conditionibus transfeget, inuitus quidem, sed coges-
batur dissimulare, & ferre. Carolus eo nuncio ualde
fuit commotus, praesertim cum esset in armis, & co-
pias ideo coegisset, ut opem ipsis ferret. Tabellariz-
us autem, quoniam iter fecerat, qua parte rex erat,
in magno fuit discrimine, quod crederetur fictas at-
tulisse literas, uerum in eo ipso temporis uestigio,
ex diuersis locis idem nunciabatur. Rex tum puta-
bat se peruenisse quod uoluit, & facile posse Caro-
lum ad se traduci, atque ideo multi commeabant in-
ter eos nuncij, eoque tandem res deducta fuit, ut pro
belli sumptibus rex ei dependeret centum & uigin-
ti aureorum millia. Eius pecunia dimidiam partem
statim persoluit, antequam cum exercitu ille disces-
deret. Post haec, familiarem quemdam suum, Vobris-
setum, Carolus misit ad regem, qui ualde a manter
eum & benigne complectebatur, fore sperans, ut
Carolum plane sibi deuinciret, primum, quod ipsis
us frater & Britannus eum deseruissent, deinde,
quod accepta pecunia delinitus erat. Per hunc ips-
sum igitur, & huic adiunctum Cardinalem Bals-
uensem denunciat, quantopere cupiat cum eo col-
loqui. Carolus autem, qui tum erat Perorre, non
admodum hac inclinabat, eodem quod Leodienses das-
serent non obscuram significationem rebellionis, in-
citatia regis legatis, ut id facerent ante inducias,

quæ in paucos dies pœctæ fuerant. Cardinalis respondebat, Leodienses, quorum turres ac propugnacula essent ab ipso deiecta, qui tormentis omnibus & armis essent dispoliati, nihil tale molituros, & ut maximè uelint, non ausuros tamen, ubi conspexerint hanc ipsorum collocutionem & amicitiam. Assensit tandem Carolus, ut rex, quoniam ita uellet, Peronam ueniret, simul fidem dat, ut id ei tuto liceat; deinde, ut Leodiorum motus componeret, Episcopum eius urbis, propter quem ortum fuit dissidium, & Imbercortum, eò misit.

PHILIPPI COMINAE commentariorum Liber tertius.



Exigitur ad constitutum locū uenit, paruo comitatu, secutus fidem Caroli, cui totum se permisit. Erantcum eo Borbonius, & eius frater Cardinalis, & alter Balsensis, & Connestablius, qui collocutionem hanc ægre tulit. Iam enim ferocior erat factus, neq; Carolum, ut anteā, reuerebatur. Aduentanti regi, Carolus obuiam progreditur, & hospitium præbet apud questorem oppidi, eò quod arx angustior erat & ruinosa. Facile quidem est, & proclive, ut inter potentes Principes bellum exuscitetur, sed ob diuersitas

ueritatem rerum, quæ incident, uix magna diffi-
cultate componitur. Nocere enim quisq; studet ad
uersario suo, quantum potest, & celeres plerunq;
sunt in eiusmodi rebus, animorum motus, qui po-
ste aquam semel in actionem transierunt, sisti non
possunt aut reuocari. Quod ipsum regi uidemus &
Carolo euenisse, qui cum subito, et contra plurimos
rum expectationem, in colloquium uenirent, suis
legatis, quos alio miserant, nihil eius rei significa-
uerant. Carolus enim è Burgundia copias euoca-
uerat, in hjsq; nobiles aliquot erant Sabaudi, infestis
ores regi, quod ab eo fuissent aliquando in carcere
rem coniecti. Et quo tempore Peronam rex uenit,
isti etiam aderant: Burgundiæ uero Mareschallus,
quod & ipse regem ualde odisset, extra oppidum se-
se continuuit cum suis cohortibus. Ea re nunciata,
rexorat Carolum, ut sibi liceret in arcem diuertere,
quod periculum uitaret. Carolus, confirmato eius
animo, libenter morem gerit. Sane minus prudens
ter faciunt Principes, cum alterius potestati se per-
mittunt, praesertim intercedente bello. Maximum
itaq; momentum adfert historiarum cognitio, ius-
uilibus annis percepta. Nam extant in hjs pulch-
errimæ picturæ, quæ clare demonstrant, quam mul-
ta perfidae sæpe, & insidiose fiant in eiusmodi collo-
cationibus, & in quantas acerbitates aliquando
coniecti sint multi, eò quod suis aduersarijs nimis
am habuissent fidem. Verum quidem est non om-

L iiij nes pers

nes perfidiose agere, sed unius calamitate complures fieri possunt cautiōres. Quantum enim longo rerum usu potui cognoscere, qui iam per annos duodeuiginti uersatus sum in maximis regum negotijs, equidem sic arbitror, quemadmodum & ut in diuturnitate, & robore corporis multo sumus inferiores priscis illis hominibus: ita quoq; ab ipsis rum fide & integritate permultū nos degenerasse. Vix enim est, ut prouideresib; aliquis diligenter sati possit, quominus fallatur, et quō sunt potentiores Prīncipes, eò maior est insidijs & improbitati locus. Nam & sua quadam sponte illi eò propensent, ut quod libet, licēre sibi putent, &, qui sunt circum ipsos, quoniam aucupandē modo gratiæ sunt intenti, plane seruiunt illorum cupiditatibus, & si quis ad meliorem frugem aliquando hortetur, magnas tempestates excitant. Temperare mihi non possum hoc loco, quin grauius aliquid dicam in Prīncipes imperitos & ignauos. Habent sibi plaz; ricj familiares, aliquot iurisperitos, & quosdam, qui longiori ueste discernuntur ab alijs: & recte quidem, cum sunt uiri boni, sed periculose admotum & magno cum detimento, quando sunt uiciosi. Cuiuscunq; rei sermo inciderit, ilicō legem aliquam, aut historiam adferunt, plaz; & saepe numero præter rem, dum ad suum sensum & affectum omnia detorquent, idq; eò crebrius faciunt & audacius, cum Prīnceps ipse nullam habet
rerum

terum cognitionem, qui si uel ingenio ualeret, uel
librorum lectione quæsitam haberet aliquam pru-
dentiam, non temere circumueniri posset, nec sic lus-
dificationibus aliorum esset expositus. Hoc enim
certo statuendum est, Deum non condidisse regna,
ut gubernarentur ab hominibus ineptis et stolidis,
qui frivola quadā et misera iactatione solent dicere,
se, quod usum literarum non habeant, suis familia-
ribus & necessarijs omnem actionem committere,
ac deinde, nulla probabili adducta ratione, cur ita
loquātur, totos sese dedunt uoluptatibus. Quod si
bene fuissent à teneris annis educati, longè aliam ui-
am ingrederentur, & hoc darent operam, ut homi-
nes bene & præclare de ipsis sentirent: Nec tamen
hoc eò dico, quasi omnes Príncipes suis negocijs
praua ingenia præficiant. Nec enim desunt, qui ue-
rum iudicium faciunt, & prudenter sibi deligunt
optimum quemq; cuius utantur opera. Qua quis-
dē in re maxime prouidus ac diligens erat Ludouīs
cus rex. Nam qui uirtute aliqua singulari prædicti
essent, eos magno in honore habuit: mediocriter
ipse erat literatus, & quod præcipuum est, ingenio
ualebat & sensu communī, quæ quidem facultas
omnem aliam cognitionem antecellit, labore & in-
dustria comparatam. Omnes enim qui extant libri,
præteritarum rerum continent monumenta, in hisq;
breui temporis spacio plus uideri potest atq; co-
gnosci, quam multæ hominum ætates ordine percis-
piant,

piant. Nulla igitur maiori clade populum Deus aſſiglere possit, quām si Principem ei præficiat stolidum & imperitum, neq̄ enim dici potest, quām multa hinc orientur incommoda. Nam quia totus ab aliorum arbitrio ille pendet, neq̄ per ſe quicquam ipſe gerit, nascuntur factio[n]es, diuiditur populus, diuiditur ſenatus et regni proceres; inde bellum naſcitur, atq̄ ex bello rerum penuria, quam excipiunt deinde morbi & uarij generis erumne, Iuſta ergo & doloris & querimoniæ cauſam habet populus, cum ſui Principis liberos uident malè institui, & ab hominibus uicioſis educari. Suprà diximus de ihs, qui Peronam ex Burgundia uenerunt. Carolus enim tempore exclusus, non habebat ſpacium remittendi illos, eò quod iam erant in Campania, cum inter ipsum & regem ageretur de collocutione; ad quam poſtea quām uentum est, & aliquouſc̄ facta eſſet progressio, grauiſ est allatus & intempeſtivus nuncius ē Leodiorum finibus. Nam cum Peronam rex iret, de ſuis legatis, quos Leodium miſerat, ſeditionis excitandę cauſa, non cogitabat, & hi quidem iniunctum ſibi munus diligenter obibant. Inſtagati enim ab iſpis Leodij, Tongrorum urbem, in qua tum erat Episcopus, & Imbercortus, & circiter duo hominum millia, ex iſidijs capiunt, familiares alij quo Episcopi trucidant, ipsum & Imbercortum captiuos abducunt. Inter eundum Imbercortus pafſicitur cum nobili quodam uiro, in cuius fidem & potestatem

potestatem receptus , multitudinis insaniam euas-
 sit, quæ tanta fuit, ut inter alios Ecclesiastici ordinis
 viros & canonicos , Robertum quendam , Episco-
 pi necessarium, membratim cōscinderent, & per lu-
 dibrium deinde frusta coniiserent alter in alterius
 caput: breuiter, quod longius pro grediebantur, eo
 magis incruduit ipsorum furor. Certiores autem
 facti de collocutione Principum, Burgundionibus
 aliquot captiuis dimissis, præ se cerebant, quicquid
 eius rei fecissent, aduersus Episcopum modo fecis-
 se, quem & uinctum abducebant Leodium. Capti
 Tongris, plerique omnes profugerant: n̄ quacunq;
 transibant, magnam excitarunt trepidationem, ita
 quidem, ut ad Carolum illico perferretur nuncius.
 Dicebant alij, trucidatos esse omnes, alij contrâ, &
 multisimul nunciabant, ex ijsq; non pauci specta-
 verant cædem illam Canonicorum, & credebant in
 eorum numero fuisse & Episcopum & Imbercor-
 tum. De regis quoq; legatis affirmabant, se uidisse
 illos, & qui essent, nominatim dicebant. Ea re
 Carolus uehementissime fuit commotus, confir-
 mans regem insidiose agere. Iubet igitur claudi por-
 tas, tam oppidi, quam arcis, in qua rex erat. Interea
 spargebatur rumor, amissam esse pyxidem cum
 gemmis, alijsq; rebus preciosis. Rex in ijs angustis
 positus, valde sibi metuit, præsertim, cum inspice-
 ret turrim cubiculo suo uicinam, in qua Veroman-
 duorum Comes aliquando necauit quendam Gal-

M liæ res

liæ regem, Clausis portis, Carolus, remotis omnibus, ad paucos, qui cum ipso eramus cubicularijs, conuersus, inuitum se ac contra uoluntatem suam ad eam collocutionem descendisse dicebat; regem mala fide secū agere, eoq; sui prodendi causa uenisse; Et cum deinde, quod apud Leodios acciderat, ordine recitasset: ita fuit exacerbatus, ut grauiter interminaretur, neq; dubito, quin atrociter aliquid facturus fuerit in regem, nisi eorum, quibus loquuntur, oratiōe fuisset mitigatus. A nobis transiit ad alios, & inter paucas admodum horas ita fuit diffulgata res, ut ad regem deferretur, qui sane in maximo erat metu, sed & omnes iudicio præditi, tristem aliquem uerebantur exitum, & simul uidabant, quām sit difficile, pacificare tam potentes principes, & quām inconsiderate ab utrisq; factum esset, quod suos legatos, antequam ad collocutionem uenirent, non reuocassent. Imprudenter faciunt principes, æquali potentia præditi, meo quidem iudicio, ut non semel antea dixi, quod in collocutionem ipsi descendunt: nisi forte ea sint atate, ut præter eos & ludū nihil spectent aliud. Nam posteaquam grandiores euaserunt, & æmulatio aliqua cœpit inter ipsos oriri, quod ferè fit, non est consultum, ut ipsi congregiantur, ac longè præstat, ut controvexas, & quicquid est negotiorum, curent per legatos, uiros bonos atq; prudentes, componi: Et quoniam multo rerū usu compertum istud habeo,

non

non grauabor, quid uiderim ipse, commemorare.
Ludouicus, paulò post quam ad ipsum esset delatū
imperium, in collocutionem uenit cum Henrico
rege Castiliae, qui ad Fontem rapidum accessit
magno comitatu: Venit etiam eō regina Arrago-
niæ, cui cum Henrico lis erat. Colloquio fuit de-
lectus locus prope flumen, quod Galliam ab His-
panijs diuidit. Bis modo colloquebātur, neq; pro-
lixè admodum, prorsus ex arbitrio Turbendensis
Archiepiscopi, cuius apud Henricum erat summa
authoritas. Ipsorum domestici famuli, qui Baionæ
habebant hospitium, primo statim aduentu inter-
se pugnarunt. Henricus erat deformior, & cultu
corporis inuenustus, & ridebatur à Gallis. Ludo-
uicus breuibus utebatur uestimentis, & adeo ne-
glectis, ut nihil suprà pileum gestabat diuersum ab
alijs, & huic affixa erat imago plumbea. Hanc te-
nuitatem ridebant Hispani, & parsimoniæ tribue-
bant, atq; ita quidem tunc discessum fuit, excitatis
utrinq; ludibrijs, & cū antea fuisse inter utroq; con-
stans amicitia: cœperunt ab eo tempore relangue-
scere. Eius, de qua dixi, litis et controuersię Ludouicu-
sus rex datus fuit arbiter: ac iudicauit secundū His-
paniæ regem: Id grauiter admodum tulerunt Ar-
ragonij, qui tametsi ipsius opera deinde sunt usi ad-
uersum Barcinonenses, exortum est tamen postea
bellum inter eos, quod annos sedecim durauit, & ne
hoc quidem tempore satis est pacatum. Carolus,

M. ij cum

cum diu sollicitasset, in Treuïrotum urbe, cum Friderico Cæsare, qui nunc rerum potitur, congressus est, atq; ut opes, potentiamq; suam ostentaret, sumptuosissimus erat in omnibus. Agebatur ibi de uariis rebus, & inter alia de matrimonio, quod postea contraxerunt ipsorum liberi. Post aliquot dierum collocutionē, Cæsar illinc abiit insalutato Carolo, eamq; rem secuta est animorum alienatio. Germani uituperabant luxum in Carolo, & genus dicendi paulo sublimius; Burgundiones contrā tenuitatem Cæsaris, & exiguum comitatum, & negligenter ornatum despiciebant, & eosq; processit hæc æmulatio, ut aduersus Carolum, quando Novesium obsedit, maximam Germanorum manum Cæsar adduceret. Eduardus Angliæ, rex apud Atrebates, per biduum fuit cum Carolo sororio suo. Dissidebant inter seipius familiares. Carolus, apud quem utriq; querebantur, in alterā factionem magis propendebat, eaq; res auxit illis odium. Et quanquam Carolus ipsum iuuabat milite, pecunia & nauibus, ad recuperandum regnum, ē quo profligatus tum erat à Comite Beruicensi, tamen ab eo congressu, male senserunt, & locuti sunt alter de altero. Vidi, quo tempore Carolus comitem Palatinum Rheni, per complures dies honorifice tractabat Bruxellæ, Burgundiones dicebant Germanos esse sordidiores in rebus omnibus, ideo potissimum, quod ocreas conicerent in lectos cubiculares, splendide

splendide magnificeq; paratos, &c leuius mul-
to quam antea, cum nondum uidissent, de ipsis ius-
dicabant. Germanis autem dispicebat luxus ille
immodicus & ostentatio. Vidi, cum Austria Dux
Sigismundus ad Carolum uenit, eisq; ditione Pfir-
tensem, propinquam superiori Burgundiae, oppi-
gnorauit, acceptis ab eo centum aureorum milli-
bus, cum ab Heluetijs illam defendere non posset.
Erat inter hos magna & ingenij, & morum dissimi-
litudo. Sigismundus tandem reconciliatus Helue-
tis, ademit eam Carolo, neq; premium reddidit. Pre-
sens eram, & coram spectaui, cum Rex & Eduar-
dus prope Piccenium oppidum, non procul ab
Ambianis, conuenirent, qua de re postea sum plura
dicturus. Abstinuerunt quidem a bello deinceps,
atq; etiam interiacebat mare, sed benevolentia nul-
la fuit inter eos, & quæ tum utriq; promittebant,
magna ex parte uiolata fuerunt. Sic igitur existimo,
debere principes a cōgressibus abstinere, modo sal-
uam esse uelint & integrā amicitiam. Fieri enim nō
potest, quin ipsorum familiares de rebus anteactis
loquantur, non absq; molestia & fremitu alterius
partis. Alijs sunt alijs elegantius uestiti, nascitur ex
eo ludibrium & iocus, atq; ita fieri necesse est, præ-
sertim inter eos, qui lingua & sermone & moribus
differunt. Ex ipsis quoq; Principibus, alij alijs sunt
decentiores, & aspectu magis honesto. Iis iucun-
dum est prædicari a multis, neq; id fieri potest absq;

M iij alterius

alterius, qui deformior est, uituperatione. Dimisso
conuentu, passim ab omnibus ista factantur, initio
quidem tacite & submissè, postea uero palam &
clare. Nihil enim propemodum est ita secretum,
quod non efferatur aliquando. Interē dum rex te-
netur inclusus, ut suprà diximus, Carolus ab-
stinuit ab eius colloquio, & ex ipsius familiaribus,
qui in aliquo essent numero, pauci ad eum acce-
debat. Erat in oppido magnus admodum fremi-
tus, primo quidem die, postridie fuit aliquanto mi-
tior Carolus, totumq; ferè diem & partem aliquam
noctis consultabat. In eo rerum statu, Rex per suos
necessarios sollicitabat omnes, qui putabantur alii-
quid posse apud Carolum, in eosq; distribui iussit
ad quindecim aureorum millia; sed qui huic rei pre-
fectus erat, eius pecunię partem aliquam fraudauit,
quod postea compertum est. Rex in primis metue-
bat illos, qui aderant ex Burgundia Sabaudiaq; no-
biles, de quibus anteā sumus locuti. Iam enim illi fu-
am operā, ipsius fratri, Normānię duci se addixisse
profitebantur. Conuocato cōcilio, sententias Caro-
lus exquirit. Plāriq; dicebant, regi datam fidem ser-
uandam esse, præsertim, cum ratas haberet pacis
conditiones, scripto comprehensas: Erant senten-
tiae, quæ detinendum esse in carcere censerent, aliæ,
quæ fratrem ipsius celeriter euocandum esse dice-
rent, ut ipso præsente, pax constitueretur, planè ex
usu omnium Principum Galliæ. Sic enim fore ui-
debant,

debant, ut ei ponerentur arcifiores custodiae, nec igitur norabant, si quidem durius ad hunc modum habetur, difficilem eius futuram esse liberationem. Ea sententia siccata fuit, ut uiderim tabellarium, qui ad iter expeditus, Caroli tantum literas expectabat, sed commutatum fuit cōsilium istud. Rex intereat, multis in medium adductis rationibus pacis, promittit dare obsides, Borbonum, eiusque fratrem Cardinalem, & Connestablium, & alios complures, ac petit, ut facta pace, Compendium sibi redire liceat: daturum se operam, ut Leodienses ei de iniuriis integrē satisfaciant, sin minus, hostium numero scilicet habiturum. Quos ille deferebat obsides, in palam quidem prae se ferebant non recusare: quid priuatim senserint, ignoro, nisi quod arbitror, si tū facta fuisset eis discedendi potestas, non fuisse reversuros. Erat ea tertia nox, cum uestes non depeneret Carolus, & per interualla, nunc deambulabat, nunc in lectulum se coniiciebat, qui mos ipsius erat, quoties perturbato esset animo: & quoniam ex cubiculariis eram, unā cum eo nonnunquam desambulabam. Exorta luce, magis estuabat ira, quam prius, grauiterque interminatus, uidetur atrociter aliquid esse facturus. Paulatim tamen remissior factus, dicebat sibi satisfacturum iri: primum, si rex iure iurando confirmaret pacem, deinde, si secum in Leodios proficiseretur, in eoque bello sibi ferret opem, ad ulciscendam iniuriam Episcopo, suo proximo

pinquo ab ipsis illatam. Hanc eius uoluntatem è ue
 stigio quidam enunciauit regi, spem certam faci
 ens, nullum ei fore periculum, si eas conditiones
 admittat, si autem repudiet, imminere ipsi discris
 men longè maximum. Posteaquam ad regem uenit
 Carolus in cubiculum, incipit uoce tremula: neq;
 multum aberat, quin grauiter irasperetur. Gestu
 quidem corporis erat satis demisso: ierum sermo
 eius & uultus asperitatem atq; offenditionem ma
 gnam pre se ferebant. Rogat, an ratas habeat pacis
 conditiones anteà præscriptas, & an iurare uelit?
 Rex benignè assentitur: nihil enim propemodum
 erat diuersum ab ea pacificatione, quæ facta fuit an
 tea Lutetie, quantum quidem ad Carolum pertine
 bat. De fratre autem regis ita conuenit, ut ei, loco
 Normanniae, traderetur Campania tota. Rogat de
 inde, uellet ne unà secum proficiisci Leodium, & sis
 bi adesse cum auxilijs in ulciscenda perfidia, quam
 Leodienses, ab ipso instigati, admisissent aduersus
 Episcopum suum, qui & ipsius esset propinquus?
 Ille respondit, post iureiurando sanctam pacem,
 quod in primis cupiat, iturum se cum ipso Leodio
 um, eo quem uellet comitatu. Quo dato responso,
 ualdefuit recreatus Carolus. Adferuntur illico scri
 ptæ pacis conditiones, cumq; iusjurandum inter
 uenisset, magna fuit per oppidum excitata læticia.
 Rex aliquando me dignatus est eo honore, ut dices
 et, me bonam ipsi & fidelem operam in ea tractas
 tione

tione præstitisse, Carolus in Britanniam ista confestim enunciat, simul exemplar mittit pacificationis. Normanniae ducis non erat pœnitenda conditio, si quis ad superiorem ipsius cum rege transactionem respiciat. His rebus agitatis, digressi Perona, rex & Carolus, Cameracum, & inde in Leodiorum fines peruererunt sub hyemem, cœlo uralde difficulti et in commodo. Erant cum rege Scotti stipatores, cataphracti uero pauci, quanquam deinde circiter trecentos accersiuit. Exercitus Caroli bipartitus erat. Primam aciem ducebat Burgundiæ Mareschallus, erant in ea Lutzenburgenses, Hannonij, Namurci, & Limburgij: cum reliquo agmine sequebatur ipse. Cum ad hostium fines peruentum est, deliberaatur, quid facto sit opus. Suadebant aliqui, dimittendam esse partem exercitus, primum, quod oppida & turribus & muro essent denudati, & spe omnii auxiliij carerent: deinde, quod rex, in quo magnum habuissent presidium, ipse adesset. Eam sententiam Carolus reiecit, & magno quidem suo bono, minime enim aberat ab internecione, & quia suspectum habebat regem, putabat non esse diminuendas copias. Parum sane prudenter iudicabant eius consilij authores, cum se putarent viribus & potentia longè præstare. Fit autem non raro, ut duces propozant eiusmodi sententias, uel quod uideantur audientes, uel quod magnitudinē rei, quam agunt, non intelligant. Inest autem in utroq; temeritas, &

N inconside-

inconsiderantia. Qui iudicio ualent principes, eius
modi consilia repudiant, in eoq; magna fuit indu-
stria regis. Nam ut lentus erat & timidior in ardu-
is deliberationibus, ita quoq; simul atq; cōstituit ali-
quid, sic undiq; se communiebat, ut uix unquam
falleretur, aut expectatione sua caderet. Præmissus
est igitur Mareschallus, & urbem, si posset, ingredi,
sin, minus, uim facere iubetur. Iam enim ab hosti-
bus nonnulli, pacificādi causa, ueniebant Namurs
cum usq;, quod suprà Leodium est oppidum pro-
pe Mosam, ad decem millaria. Cum essemus urbi
propinquī, tumultuose eruptionem illi faciunt, sed
absq; magna contentionē reūciuntur. In his turbis
euadit ipsorum Episcopus, & se nobis adiungit.
Miserat eō Romanus Pontifex legatum, qui cog-
nosceret de controuersia ciuium & Episcopi, ues-
trum ille suæ legationis modum excedens, quod
eius loci Episcopatum ambiret, fauebat ciuium res-
bus, eisq; fuit author, ut sumptis armis, uim à se des-
pellerent; cumq; periclitantes uideret, frustra cona-
tus profugere, captus fuit unā cum suis familiaris-
bus. Ea renunciata, Carolus mandat ijs, qui cepe-
rant, ut aliquò ipsum traducerent, & pecuniam ab
eo, tanquam à mercatore quopiam extorquerent:
quod si palam ad se deduceret, cogise honoris &
officij causa, in gratiam Ecclesiae Romanae, illum
libertati restituere. Inter eos, qui ceperant, natum
est dissidium, cumq; causam apud Carolum disce-
ptarent,

ptarent, ille captium in suam fidem & potestatem
 accipit, & quum honore etiam affecisset, omnia ei
 restitu iubet. Primum nostrum agmen, cui Mares
 schallus & Imbercortus praeerant, Leodium cotens
 dunt laeti, tanquam explorata uictoria, & spem dis
 reptionis praeferebant conditionibus oblatis, nec
 opus esse putabant, reliquas copias, quæ sequeban
 tur, interiectis aliquot milliaribus, expectare. Cele
 riter igitur progressi, ueniunt in suburbium. Nox
 erat, nec quo diuerterent, habebant, & locus erat
 angustior, et nullis ordinibus errabat. Hanc oppor
 tunitatem conspicati hostes, qua parte urbis pro
 strata erant moenia, erumpunt, perq; uineas & col
 liculos impetum in nos faciunt, & seruulos, qui ad
 exitum suburbij seruabant equos, magno numero
 interficiunt, reliquis in fugam coniectis. Desiderati
 sunt à nobis in eo tumultu circiter octingenti, in
 hisq; centum cataphracti. Qui uirtute præstabant,
 consociatis armis impetum demorantur & sustin
 ent, cunq; signis militaribus contendunt ad por
 tam, ut reliquos eruptione prohiberent. Solum erat
 ex continentibus pluuijs ualde coenosum. Oppidas
 ni, confertissima multitudine, eū tædis & grandio
 ribus lucernis cogitabant se foras ejscere, ut nos
 adorirentur, sed tormentis emissis in viam, quā ues
 niebant, & plurimis interfectis, nostri cogebant eos
 referre pedem, & occludere portas. Veruntamen
 in suburbio totam noctem erat perpetuus tumul

N ï tus, &

tus, & postquam illuxit, omnino pulsi fuerunt, amissis aliquot ducibus. Eruptiones illæ, tametsi necessario fiant aliquando: ualde tamen sunt ijs, qui obincidentur, periculosa. Nullam enim isti faciunt tam paruam iacturam, quin eis, & propter paucitatem ipsorum, & simul propter difficultatem recus perandi noua præsidia, longè maxima uideri debet. Quid actum esset, si licet nunciatum fuit ad Carolum, qui cum reliquo exercitu aberat ad quatuor milliaria. Princípio ferebantur omnes pariter esse trucidati, nihilo minus ille progreditur: simul mandat, ne quid efferatur ad regem. Vbi propius ad urbem uenit, ex diuersa parte lætior allatus est nuncius: opinione pauciores interiisse: nullum, qui in aliquo sit numero, interfectum: sed uersari tamen militem in summis angustijs, eò quod superiori nocte constituerent in acie, proximè ad portam, loco multum lutoſo & incommodo: rediſſe quidem nonnullos ex ijs, qui profugerant, sed eos tam esse animo demisso & conſternato, ut nihil præclariri de ipsis sperari debeat; rogare duces magnopere, ut aceleret, quo ipsius aduentu, hostis, qui nunc confertim uno in loco prælietur, ad portarum & turriū defensionem distrahatur: nihil etiam supereret, quo fames tolerari possit amplius. His nuncijs acceptis, Carolus trecentos equites magna celeritate præmittit, qui & confirmarent eos, & cibaria, quæ subiecto comparari poterant, deferrent. Iam enim per bis duum

duum cibo illi carebant, cœlo supra modum diffici-
 li & pluviō: quodq; omnium erat molestissimum,
 ut in urbem inuaderent, nulla spes erat, nisi Caro-
 lus hostem ab altera parte distineret. Ex nostris
 quāmplurimi erant saucij, & inter eos Auraicæ
 Princeps, qui fortiter pugnauerat, & stationem su-
 am egregiè tutatus erat, cum alioqui magna esset
 nostrorum trepidatio, & circiter duo millia profun-
 gissent. Carolus, ad quem ille nuncius sub ueste-
 rum allatus est, ubi rebus omnibus prouidit, quid
 actum esset, tunc demum recitabat regi. Postquam
 ad suburbium uenimus, è uestigio cataphracti &
 nobiles complures descendunt ex equis, & sagitta-
 rijs sese coniungunt: & capto suburbio, diligunt
 hospitijs idonea loca, proprius urbem. In ijs erant
 præter alios, Rauestenus & Comes Rossius, Con-
 nectabilij filius. Rex aliquanto longius aberat in uil-
 la quadam benè exædificata, stipatus magno suo-
 rum & nostrorum militum numero. Posita est urbs
 inter ualles, solo admodum fertili, interlabente Mo-
 sa flumine, & tum temporis admodum erat popu-
 losa. Inter nos & primum nostrum agmen, si per ur-
 bem iter faceres, non erat magnum interuallum,
 sed foris, propter ingentem circuitum, intererat iter
 trium milliarium, impedita uia & fossis, et rupibus,
 & uarijs anfractibus, locisq; asperis & montuosis.
 Quoniam diruta erant undiq; mœnia, oppidanis fa-
 cilem habebant eruptionem: propter soli uero dū-

N iij ritiem

titiem & asperitatem, nulla erant muniti fossa. Ca-
roli aduentu ualde fuerunt recreati milites primi
agminis, quod hostis iam cogeretur plures tueri
stationes. Ad medianam noctem oritur tumultus in
castris, & undiq; ad arma conclamat. Statim Cas-
rolus occurrit, neq; multò post etiam Rex unā cum
Connestablio. Varius erat ibi clamor, & incertus,
& pauoris plenus: cœli etiam obscuritas & tempe-
stas metum augebant. In Carolo quidem non potes-
rat ulla desiderari fortitudo uel audacia, sed maior
aliquando prouidentia: & sane in eo temporis uesti-
gio, non præ se ferebat illam animi præsentiam,
quam pleriq; cupiebant, eò quod rex corā ad esset:
qui in ista trepidatione, cum uideret illum remissius
agere, coepit imperare, & prospicere, ne quid dam-
ni acciperetur. & conuersus ad Connestabliū: Re-
cipias, inquit, te cū tuis cohortibus in eum locum.
(& simul indicabat) Nam si uenturi sunt, omnino
ea parte erumpent. Sed uanus fuit iste terror, et præ-
ter causam excitatus. Postridie rex uenit in suburbia
um, & diuertit in ædículam Caroli diuersorio pros-
pinquam, unā cum Scotis stipatoribus. Equitatus
autem ipsius non procul aberat in quodam uico.
Dum hæc geruntur, Carolus in magna erat sollici-
tudine, & metuebat, ne rex uel ad hostem transiret,
uel prius quam urbs caperetur, profugeret, aut in
ea propinquitate contra se moliretur aliquid. In
uicino igitur horreo, quod medium erat inter ip-
sum &

1468.

sum & regem, collocat circiter trecentos equites, qui pariete effracto, ut minori periculo, cum opus esset, erumperent, diligenter obseruabant, quid circa regem ageretur, idq; per dies octo, quo toto tempore sub armis quiescebant omnes. Pridie quam urbs caperetur, sub noctem decreta fuit oppugnatio in posterum diem, ideoq; ijs, qui erant in primo agmine, ad alteram urbis partem, nunciatum fuit, ut simul atq; tormentū unum & alterum audiissent emitti, eo signo dato, statim ad oppugnationem accurrerent: Carolum in sua statione idem esse facturum ad octauam horam. His rebus procuratis, arma Carolus deponit, quod ante id tempus non fecerat, militibus etiam, præsertim illis, quos adhuc reum disposuit, ut idem facerent, mandat, quò se nonnihil ex labore & uigilia resicerent: Quare intellecta, oppidanī constituant ea quoq; parte, sicut antea fecerant aliunde, eruptionem facere. Atq; hic videre licet, quam subito Princeps aliquis in maximam calamitatem incidere possit, etiamsi modicā si hostium manus. Diligenter igitur omnia prius, quam ad actionem ueniantur, deliberanda sunt. Carent hostes omni externo præsidio, & quos habuerant uiros fortes, ij uel occisi erant, uel vulneribus confecti: portis etiam & castellis & muro & fossa & tormentis erant prorsus denudati. Ex uicio nasolum regione, uocat Francemontium, collegunt circiter octingentos pedites. Cum igitur res ipsorum

iporum esset ad extremum perducta casum, & re^gem haberent aduersarium, desperata salute, status
unt ingenti eruptione facta, extremum auxilium
experiri, ideoq^z decretum fuit, ut, qua parte deies-
ctus & prostratus erat murus, post domicilium Ca-
roli, fortissimi quiq^z profilarent, circiter sexcenti pes
dites Francemontani, & in Carolum ex impetuoso
impetu facerent. Erat inter rupes uia multum si-
nuosa & concava. Per eam, indicio hospitis Caroli,
poterant ad ipsum & ad regem peruenire, prius
quam sentirentur, modò tacite irent, nullo excitato
strepitu, & ut aliqui per uiam excubitores laterent,
putabant tamen se uel opprimere illos, uel etiam
praeuenire posse, certissima spe concepta, uel inter-
ficiendi utrumq^z Principem, uel antequam subue-
niri eis posset, capiendi: quod etiam si interficeren-
tur, tamen nec ingloriam esse ducebant mortem,
nec iniucundam, retam insigni & memorabili per-
fecta, praesertim, cum in una uirtute omnis spes sa-
lutis consisteret. Atq^z ut felicius omnia cederent, et
maiorem nobis trepidationem inferrent, constitu-
tum etiam fuit, ut eo ipso tempore, reliqua multitudo
prorumperet in suburbium, & nos magno clas-
more adorirentur. Erat profecto in primis arduum,
quod moliebantur, & factu difficultimum, etiam
multò maiori hominum multitudini, ueruntamen
minimum aberat, quin quod cupiebant, perfice-
rent. Nam ita ut conuenerat, sub decimam horam
noctis

noctis egressi, circiter sexcenti, nostros excubitores
huc illuc dispositos, trucidant, & si rectâ contendis-
sent ad designatum locum, absq; tumultu, dubio-
procul interemissaent ambos príncipes cubantes in
lectulis, iuxta Carolum erat in tabernaculo quo-
dam dux Alenconius. Hic subsistunt, & hastis per-
forato loco, ex famulis quendam occidunt. Hinc
excitatus clamor, in causa fuit, ut aliqui exergefas-
ti, arma caperent. Illinc digressi, regem & Caro-
lum petunt, & ad horreum illud, de quo diximus,
morantur, & hastis rem gerunt per ea foramina,
quæ illi, eruptionis causa fecerant. Qui erant in eo
cataphracti nobiles, ante duas modo horas, manda-
to Caroli, deposuerant arma, ut se nonnihil refice-
rent, & instaurarent ad oppugnationem insequen-
tis diei; sed tamen ex ipsis aliqui, audito ad Alenco-
nij ducis tabernaculum tumultu, & subita fortuna
permoti, arma, quæ possunt, arripiunt, cūq; nauiter
se defenderet, spacium dabant alijs armandi sese &
colligendi. Ea pugna magnum attulit nostris ad fa-
lutem momētum, ipsosq; seruauit Príncipes. Erant
ea nocte cum duobus alijs in cubiculo Caroli; supra
nos sagittarij duodeni stipatores excubabant, & de-
positis armis, ludebant alea: Maiores autem excu-
bia longius aberant à nobis ad portam urbis. Ve-
niunt igitur illi, eo, quod diximus, īdicio, oppug-
natum nostras ædes, & adeo quidem celeriter &
ardenter, ut uix spacium nobis esset armandi Prin-
cipis.

cipis. Descendimus autem ad inferius tabulatum, ut in uiam nos ejceremus. Hic offendimus sagittarios nostros excubidores, pugnantes in hoste, quem à foribus & à fenestrīs uix magno labore & contentionē reiūcibant. Ingens erat undiq̄ & terrificus tumultus, dum quisq; suam factionem, ut fieri solet, inclamat. Impediti ea pugna cogebamur alioquādiū subsistere, atq; interea non constabat nobis quicquam de rege, neq; compertum erat, quārum esset partium: quod ualde moleste nobis accidit. Tandem eruptione facta, domum egressi cum aliquot facibus, conspicamur circum nos undiq̄ pluribus uijs pugnari: sed concurrentibus ab omnī parte militibus nostris, illico depugnatā fuit. Omnium primus cecidit uiae dux & index, de quo diximus, pōst etiam alij prop̄ omnes. Ad eundem plāne modum oppugnauerant quoq; regem, strenue sese defendantibus Scotis, ut qui ab illo non discederent, & multa coniūcerent tela, quibus aliquanto plures Burgundiones uulnerabant, quām hostes. Oppidanī etiam ita ut constitutum fuerat, portas se foras uniuersi proripiunt, sed facile fuerunt à nostris repulsi. Compresso eo tumultu, colloquuntur Principes. Erat uidere passim magnam stragem hominū occisorum, & initio quidem uerebantur Principes, ne maiorem aliquam suorum iacturam fecissent, uerum paucis admodum interemptis, multi sunt reperti sauci. Quod si rectā fuissent illi securi
uiæ duz

vix duces, ut suprà quoq; diximus, neq; substitissent
initinere, præsertim ad horreum illud: poterant si-
ne contentione utruncq; Principem necare, & mea
quidem sententia, magnam exercitus partem pro-
fligassent. Principes obstupesfacti, & summopere
admirati tantam illorum audaciam, domum reuer-
tuntur. Paulò post cœptum est à nobis deliberari,
quid postridiè sit agendum. Rex angebatur admo-
dum in animo, ueritus, quod si Carolus frustrà op-
pugnaret urbem, fore, ut ipse præ ceteris ualde pe-
ticlitaretur. Carolus autem metuebat, ne si rex disce-
deret, bellum aliquod excitaret. Atq; hīc uiderelis-
cet, quām sit misera conditio summorum Princis-
pum, & quām inter eos nulla queat esse firma uo-
luntas aut amicitia. Fecerant hī duo pacem ante dī-
es quindecim, eamq; iureiurando sanciuerant, &
tamen ut alter alteri fidem haberet, fieri non potu-
it. Rex ut ab ea sollicitudine se eximeret, horam
unam pōst quam domum rediſt, ex familiaribus
Caroli, qui concilio interfuerant, nonnullos accer-
sit: rogar quid sit decretum, E quibus cum audisset
urbem oppugnandam esse, cœpit periculi magni-
tudinem proponere, & rei difficultatem, prudenter
admodum, ita quidem, ut plærīq; omnes adficeren-
tur, eō quod nemo ferē esset, qui non extimesceret
oppugnationem, partim ob multitudinem & nu-
merum hostium, partim propter insignem illam su-
perioris noctis audaciam: ideoq; maluissent uel dif-

O ñ ferre

ferre per dies aliquot, uel cum hoste pacisci. Referunt igitur ad Carolum, quid regi, quid etiam ipsis uideretur; sed tamen à rege dicebant omnia proficisci; propterea, quod metuerent, ne, si uiderentur diuersum sentire ab eo, quod constitutum erat, offenderetur. Ille in peiorum partem interpretatus, dicebat hoc à rege fieri, quod seruaret hostem, longe alium esse rerum statum, denudatum esse hostē in omnibus, & si qua fecissent propugnacula; iam illa esse disiecta tormentis, non se prætermissurum esse opugnationem: Quod si rex uellet interea Namurum discedere, non se repugnare, ueruntamen ita, ne illinc, nisi bello perfecto, digrediatur. Ea oratio nulli magnopere placebat, quod superioris noctis eruptione, valde essent metu occupati omnium animi. Rex prudenter & amice respondit, non modo non abiturum se aliquò, sed uelle etiam interesse rebus omnibus. Sane, si subducere se uoluisset, mea quidē opinione, facile poterat ea nocte. Nam erant cum eo centum sagittarj stipatores, & nobiles alij quot, & in propinquō trecenti cataphracti, sed honestis & existimationis rationem in primis habebat. Sub armis igitur quieti sese aliquantulum dabant omnes, donec illucesceret: nonnulli etiam de sua salute solliciti, faciebant quod in tam presenti periculo fieri solet. Posteaquam illuxit, & iam appeteret hora constituta: Carolus, emissis aliquot tormentis, ita ut decretum erat, signum dabat agminī illi, quod

quod in diuersa urbis parte longius à nobis aberat. Expediti igitur illi, progrediuntur ad oppugnandum. Fit clangor tubarum, & signa militaria mœnibus inferuntur. Rex cum suis copijs erat in media via. Cum ad muros uentum esset: reperimus omnialoca uacua defensoribus, præter unum aut alterum excubitorem. Reliqua omnis multitudo pransum iuerant, & quoniam sacer erat ille dies dominicus, non putauerant futuram oppugnationem. Parum est certe præsidij positum in promiscua multitudine, nisi contineatur aliqua necessitate & imperio, tametsi tempus incidit, cum ipsorum furor & repentinus impetus, ualde est pertimescens. Erant illi iam pridem exhausti & fessi, partim anterioris noctis eruptione & uigilia: partim superiorum dierum laboribus et ærumnis. Cogebantur enim simul omnes ad defensionem stare, quoniam undique & muro & alijs omnibus præsidij erant desudati. Primum nostrū agmen ante nos in urbem peruenit, paucis admodum occisis, eò quod populus trans Mosam profugiens, Arduennam syluam & loca uicina petebat. Qua parte nos eramus, tres modo uiros, & foeminam unam necatos uidi, relata qui omnes aut fugæ se mandabant, aut in templo, & ædificia sese abdebant. Rex, cum uideret nulla parte resisti: placide progrederitur. Eramus in uniuersum ad quadraginta hominum millia. Carolus paulò longius in urbem proiectus, conuertit se ad

O iii regem

regem, & cum in curiam eum deduxisset, contendit ad ædem diuo Lamberto sacram, quod est eius urbis amplissimum templum. In illud milites conabantur irrumperet, ut prædam afferrent, & tanta quidem fuit uis illorum, ut etiam præsidio & custodia, quam Carolus ibi collocauerat, cohiberi non possent, quominus in utramq; portam eius templi intruderent: in eoq; tumultu uidi, cum ipse metu suis familiaribus quendam interfecit. Sedata uix tandem turba, qui confugerant eò, capti fuerunt unâ cum bonis. Præter hoc templum, reliqua ferè omnia direpta fuerunt, dum simularient milites, inuestigare se hostem profugum & latitantem. Pontifex Romanus deinde sacris interdixit, omnibus, qui, quod è templis abstulissent, nō redderent. Hoc illius edictum Carolus per suas prouincias omneis iussit esse ratum. Capta urbe atq; direpta, Carolus sub meridiem redit in curiam. Rex iam pransus erat, & magnum lætitiae signum præ se ferebat, uals de prædicata uirtute & fortitudine Caroli, ad quem hæc omnia sciebat deferri. Nec enim aliud spectabat, quām ut primo quoq; tempore domum rediret. A prandio uenit in collocutionem cum Carolo, & sicut anteā uehementer prædicauerat apud alios absentem: ita quoq; tunc præsentem & corām, non poterat satis magnis laudibus efferre. Sed nunc alius quantulū digrediar ad oppidanos, ut demonstrem, quod in his commentarijs non semel dixi, quām sit res

res periculosa, & plena calamitatum, facere aduersum prelum. Fugiebant miseri cū uxoribus & liberis ad Arduennam syluam. Profugentes, nobilis quidam vir eius regiois, qui rebus secundis amicus illorum fuerat, oppressit, & ad motū fortunę se quoque mouit, & ut uictori gratificaretur, datis literis, pleniora etiam atque uberiora ad ipsum nunciabat, eaque tatione fuit ei reconciliatus. Alij fugiebant Marescas, Galliae oppidum, ad Mosam, in finibus Campaniae positum. Duces aliquot ipsorum, captiui ad Carolum perducti, supplicio fuerunt affecti. Ex multititudine nonnulli, & fame & frigore, & longis exhaustis uigilijs moriebantur. Quinto die post captam urbem, rex per eos, quos à se putabat esse non alienos, Carolum de sua profectione sollicitat, sed & ipse collocutus, ait, si praeterea sui possit esse usus aliquis, ne labori suo uel periculo parceret, sin misus, ut eius uoluntate sibi discedere liceat, quò in senatu Lutetię curet pactioes recitari. Sic enim fert Gallię consuetudo: & alioquin non sint ratę futurę, tametsi regum potestas in ijs rebus omnibus est singularis & eximia. Rogabat etiam, ut per aëstatem alicubi in finibus Burgundiae conuenirent, animi recreandi causa. Ille, tametsi non nihil submurmurabat: annuit tamen, & uolebat præsente rege de novo recitari conditiones, ut si quid in ijs offenderet, id palam contestaretur, & liberum ei faciebat, ut uel ratas haberet illas, uel repudiaret, non nihil etiam ex-

am excusabat, quod ipsum eosq; perduxisset. Deinde, pro nobilibus illis, qui nuper ex Burgundia uenerant, quorum possessiones atq; facultates rex tenebat, intercessit, ut in integrum restituerentur. Rex, licet ægræ ferret hanc intercessionem, assentitus est tamen, ea lege, si ipse inuicem restitueret Comitem Niuernensem, & familiam Croiorum. Eius rei infecta mentio, nihil amplius urgebat: Sic enim illos oderat, ut reconciliationi nullus esset locus. Quantum ad conditiones attinet, rex aiebat, nolle se quicq; mutare, atq; ita discessit, per aliquod uix spacium deductus à Carolo. Cum essent digressuri, perconctatus eum rex. Si frater, ait, qui nunc est a' pud Britannum, nolit esse contentus illa portione hæreditaria, quam in tui gratiam dedi: quid uis ut faciam? Carolus repente, nihil praemeditatus, quod si recuset, inquit, fac ut eum quacunq; ratione pacatum reddas: equidem uestro arbitrio totum hoc permitto. Quæ sola uox magnorum deinde motum causa fuit, ut postea dicemus. Abeuntem, ex nobilitate complures, mandato Caroli, prosecuebantur in fines usq; Galliæ. Carolus interea Leodij substatit, qua in urbe nullum genus atrocitatis prætermisso fuit. Crudeliter enim multa gesserant & effrenatè Leodienses in Burgundiones, iam inde ab anno Caroli, ruptis omnibus pactionibus: & quintus hic erat annus belli, quod cum eis gerebat. Et quanquam Pontifex Romanus eis interdixerat sa-

cris,

cris, propter contumelias Episcopo factas, perge-
bant tamen in sua insania, cōtemptis omnibus edi-
ctis. Post abditionem regis, Carolus constituit profi-
cisci in uicinam regionem Francemontanam, è qua
prodierant sexcenti illi pedites, de quorum audacia
insigni suprà diximus. Verum antequam discede-
ret, captiuī, qui occupata urbe, sese passim in ædifi-
cij abdiderant, magno numero in flumen præcipi-
tati, submergebantur. Mandabat etiam, ut urbs ex-
ureretur tota. Ei negocio destinati sunt ad quatuor
homínium millia, Luxenburgenses omnes, quibus
in iunctum fuit, ut à templis incēdium prohiberent.
Primum igitur omnium rescinditur insignis pons
lapideus, qui Mosam coniungit: & disponuntur
milites, qui à Canonicorum ædibus, & ab omnibus
templis uim arcerent. Post hæc, Carolus urbe exce-
dit, & uix paululum progressi, conspicimus ignem
multis in locis per urbem, ad orā fluminis. Aclicit
eo die conficeremus ad quatuor milliaria, tantus ta-
men extitit clamor & strepitus, ut nobis planè uide-
remur esse in propinquuo. Templa propè omnia fu-
erunt incendijs erepta, & circiter trecentæ domus in
usus Ecclesiastici ordinis homínium: quæ deinde
causa fuit, ut ex his reliquijs, breuissimo tempore,
urbs reædificaretur. Francemontanos bipartitò su-
mus aggressi, disiectis ipsorum ferrarijs officinis,
qua sola ferè ratione uictum sibi parant eius regio-
nis miseri homines, qui cum in sylvas profugissent:

P perues

peruestigati à nostris, partim occisi, partim capti fuerunt, & rebus omnibus exuti. Tam graui*s* autem erat hyems, tantumque frigus, ut ex nostris uir quidam nobilis, pedem, alijs uero digitos manuum amitteret. Vinum sic erat astrictum gelu, in ipsis uasis, ut securi fractum distribueretur militibus, qui ascito aliunde calore, circumferabant illud, donec liqueficeret. Commorati ibi per dies octo, cibariorum inopia coacti, discessimus, Carolus per Namurorum fines in Brabantiam reuersus, honorificentissime fuit exceptus.

PHILIPPI COMINI AEI commentariorum Liber quartus.

REx à Carolo digressus, rediit in Galliam, & uidebatur nō impatienter illud ferre, quod Peronē et Leodij acciderat. Renovatū est quidem inter eos bellum, uerū interecto aliquo tēporis interuallo. Et quanque illa Peronensis custodia conciliauit aliquod odium: nō tamē fuit præcipua belli causa, & pacis conditiones erant regi nō intolerabiles: Verū Carolus, & impulsi ab alijs, & etiam sua sponte, cogitabat amplificare fines; deinde, subtili quadam ratione iacta fuerunt

runt nouæ simultatis atq; dissidij semina, ut suo lo-
co sum dicturus. Frater regis, ubi de Peronensi com-
positioe accepit, misso legato, petit in eius ditionis,
Quam rex dare promiserat, possessionem mitti. Ca-
rolus etiam magnopere hortabatur eum, ne aliam
prouinciam, præter Campaniam, & huic adiuncta
loca, sibi pateretur obtrudi: mentione facta, quam
esset eius studiosus, ut qui rationem non ipsius tan-
tum, sed & Britanni, in hac pacificatione habuisset,
cum ab eis tamen antea fuisset exclusus atq; deser-
tus. Orat igitur, ut Campaniam postulet sibi tradi,
quaæ quidem regio sit utriq; peropportuna: Nam si
rex aliquid aduersus ipsum aliquando molieratur,
fore sibi non difficile, opem ei ferre ex uicina Bur-
gundia. Ille uero, tametsi uicesimum ætatis annum
excesserat, totus tamen ab alijs pendebat: & com-
meabant inter principes in hac causa crebri inter-
nuncij. Rex enim, qui nollet eos pariter sibi finitis-
mos esse, aut ijs locis inueterascere, nihil minus
habuit in animo, quam dare Campaniam: sed cos-
nabatur ei totis viribus persuadere, ut ea ditione res-
licta, susciperet bonam Aquitanæ partem. Ille au-
tem inuitus admodum eo descendit, ueritus, pris-
num, ne Carolum offenderet, deinde, si quidem as-
sentiretur, ne non seruato promisso, delusus à rege,
& præstantissimi amici & facultatum iacturam fa-
ceret. Cum igitur frustra se rex moliri uideret: Odes-
tum quendam, virum nobilissimum, & summæ a-

pud fratrem authoritatis magnis præmij & polli-
 citationibus conducit, ut ad Aquitaniam possessio-
 nem illum impellat, quæ Campania longe sit am-
 plior & copiosior: cupere se perpetuam cum ipso
 colere amicitiam, & fraternalm ei benevolentiam
 præstare: hanc autem rationem sibi uideri opti-
 mam, et utriq; commodissimam: non dubium esse,
 quin, quod polliceatur, exhibeat. Odetus conditio-
 nem accipit, & Principi suo, quod rex cupiebat,
 persuadet, inuitissimo Carolo, ipsiusq; legatis, qui
 tunc, quū istud perficeretur, aderant. Cardinalis au-
 tem Baluensis, quod fratrem regis erat literis hortaz-
 tus, ut pactionem Peronensem urgeret, in carcerem
 coniectus fuit. Quibus rebus constitutis, regi cupi-
 ditas quædam maior incelsit ulciscendi, quam sibi
 putabat à Carolo factam esse iniuriam, atq; ut id
 perficeret, putabat se nactū esse tempus idoneum,
 Initis igitur clandestinis consilijs, hoc agit, ut oppi-
 da illa, quæ sunt ad Somiam flumen, excitato mo-
 tu, & rebellione facta, militem suum admittat. Prinz-
 cipes, illi præsertim, qui non sunt inepti, suis nego-
 cijs aliquam semper honesti speciem prætexunt.
 Atq; ut intelligi possit, quām sint in eiusmodi rebus
 ingeniosi Galli, recitabo, quicquid in huius causæ
 tractationem incidit. Nam & redintegratum est in-
 ter utrosq; bellum, et in eo suscipiendo circumuenti
 fuerunt ambo. Rex insimulabat Carolum nimiae
 cupiditatis, quod præter ius & æquum uellet pro-
 ferre

ferre limites, ideoq; totus in hoc erat, ut illa, quæ dñ
ximus, oppida, molirentur res nouas. Ibant ultrò
citroq; nuncij: qui mittebantur à rege, per eas ure
bes, quas ille sollicitabat, iter faciebant, eaq; tum
occasione mandata secreto per siciebant. Quoniam
belli nulla erat suspicio, facta nuper pace, nullis pre
sidijs ea loca continebantur. Ut unum & alterum
oppidum rex occuparet, non erat facturus bellum,
sed eò tendebat, ut per omnes Caroli prouincias,
populum ad rebellionem concitaret. Ad eam rem,
non deerant, qui magna pollicebantur, quasi fauor
e & gratia plurimum in ditione Caroli possent.
Verum, et si doloris ac offensionis causam aliquam
rex habebat; tamen, si quod postea evenit, præcogis
tasset: non erat uiolaturus pacem, quam trimestri
post, quam Lutetiā rediit, diuulgari iussit. Timide
quidem renouauit bellum, sed incitatbat eum ultio
nis amor. Deinde Connestablius, magni vir consilij
& uirtutis, ac familiares aliquot Aquitaniæ Ducis,
bellum, quam ocium malebat. Pacis enim tempore
metuit Connestablius, ne, quos habebat à rege pro
uentus & pensiones, diminuerentur: Ad hæc, plæ
tiq; regem eo esse ingenio dicebant, ut si nullas ha
beret externas occupationes, domi turbas excita
ret, & quia suis commoditatibus ocium illius putar
bant esse contrarium, ideo dabant operam modis
omnibus, ut ad arma protruderetur. Et Connesta
blius quidem, quod possessiones haberet in finis

P in bus,

bus; promittebat se occupaturum esse facile San-
ctoquintinum, nec sibi deesse rationes, instigandi
aduersus Carolum, multas & Brabantiae & Flan-
driæ ciuitates. Aquitanus etiam, qui ei concilio ins-
tererat, auxilia promittebat, circiter quingentos ca-
taphractos. Et licet bellum isti suaderent, atq[ue] in Cas-
roli perniciem uiderentur conspirasse: longe tas-
men alium finem spectabant. Rex, quum uellet ui-
deri, non sine causa bellum suspicere: conuentus
egit apud Turones, quod nec ante id tempus uns-
quam fecerat, nec postea fecit, uerum eos conuoca-
uerat solum, de quorum uoluntate nihil dubitabat.
In eo conuentu exponit, quam iniuste Carolus mul-
ta in detrimentum Galliae moliretur. simul nobis
lem quendam summittit, qui grauiter conquestus,
iniurias ab illo sibi factas esse complures dicebat:
in primis autem, quod fide illi esset obstrictus, & co-
geretur ei ad quoduis etiam bellum auxilia pollice-
ri. Aderant in eo concilio multarum ciuitatum le-
gati. Communi tandem consensu omnium decers-
nitur, Carolum euocandum esse Lutetiam in sena-
tum, ad certam diem. Sciebat enim Rex, futurum,
ut ille ad hunc modum citatus, aut superbe respon-
deret, aut aliquid in contemptum senatus admis-
tet: quo maiorem se uidebat habiturum esse facien-
di bellii occasionem. Mittitur illico nuncius publi-
cus, per quem, Gandaui, dum iret ad sacrum, cita-
tur. Præter opinionem hoc ei prorsus accidit, & ubi
per dis-

per dies aliquot in custodia nuncium detinuisse; dimisit. Certior autem factus a nonnullis, quid ageretur: ex promiscua multitudine conscribit militem mercenarium, ut in omneis casus essent expediti: Eorum delectus habebat singulis mensibus. Tandem cœpit eum tædere huius impensæ. Itaque omni se metu liberavit, remissa cura & diligentia, præsertim, cum frequentes acciperet a rege nuncios, & in Hollandiam sese contulit, nullo relicto milite in præsidij, ad finium defensionem: quæ quidem res infeliciter ei uertit, ut postea dicemus. Dum esset apud Hollandos; Borbonius ei nunciatus, fore, ut brevi non in Picardia tantum, sed & in Burgundia ei bellum inferatur: quosdam e suis communicasse consilia, suamq; operam regi esse pollicitos. Eo nuncio ualde fuit commotus. Nec enim militem habebat ullum, & quas nuper conduxit copias, eas dimisserat. Traiecto igitur mari, Hesdinum uenit, quod est apud Atrebates oppidum. Hic demum aliqua suspitione collecta de rebus, quæ secretò gerebantur, lente nihil minus & remissius agebat, quod ruz mori & auditionibus illis fidem non haberet. Cumq; duos ciues Ambianos, de quibus non bona habebat opinionem, accersiuisset, audita illorum purgatione, satisfactionem accepit. Verum in hoc tempore quidam eius familiares, ipso deserto, transierunt ad regem, quod magis metuere cœpit, ne alij hoc exemplum imitarentur. Itaque suos in armis esse iubet,

Sed &

Sed & hyems suberat, & ab Hollandis iam primum redierat: quæ causa fuit, ut pauci admodum expeditentur. Postq; illi, de quibus diximus, ad regem se cōtulissent; Connestablius Sancto quintinum ingressus, oppidanos fide & iure iurando regi deuinxit. Tunc primum Carolus periculum suum agnouit. Nam & imparatus erat, & tribunos, militumq; præfectos emiserat, ut copias contraherent: uerunt tamen cum illis ipsis, quas habebat, cohortibus, Dorlanum proficisci tur, comitatus circiter quinq; gentis equis, ut Ambianos uacillantes contineret. Ibi per sex dies substitit. Exercitus regis, qui erant propinquo, certa die proprius urbem accessit, sed quod è ciuibus nonnulli rebus Caroli fauebant, non sicut intromissus. Et si Carolus maiorem habuisset manum, seruasset urbem. Cum autem propter paucitatem suorum non auderet progredi: qui contrarias partes in oppido sequebantur, eo metu deprehenso, regium militem admittunt. Idem cogitabant Abbeuillani perficere, sed Cordæus mature ingressus, anteuertit. Carolus de capto Ambiano certior factus; quia Dorlanum ab eo quinq; tantum milliaribus abest, celeriter illinc digressus, Atrebatum proficisci tur, ualde sollicitus, ne plures à se deficerent, præsertim, cum se uideret undiq; septum esse propinquis & amicis Connestablij: Sed & domesticon ille, quem dixi, transitus ad regem, augebat ei metum & suspicionem: cogebatur tamen interea

interea is, quem conscribi iusserat, exercitus. Rex,
qui crederet se iam peruenisse quo uoluit, nitebatur
totus Connestablij & aliorum pollicitationibus: &
nisi ea spes ipsum excitasset, non erat eosq; progres-
surus. Iam uero, quam obrem, Connestablius, &
Aquitaniæ Dux, & eius familiares tantopere cupe-
rent bellum anteà sedatum renouari, dicendum est.
Vnam & alteram causam paulò supra recitaui, sed
haec non erant præcipuae. Aquitanus in matrimonio
um habere cupiebat Caroli filiam unicum: & ipse
quidem Carolus aliquando interpellatus, nō admo-
dum repugnabat, sed ut prorsus assentiretur, impel-
linon potuit, & consimili spe multos alios alebat.
Ambiano & Sanctoquintino in Regis potestatem
adductis: Aquitanus ad Carolum, qui apud Atre-
bates exercitum instruebat, literas mittit breues ad-
modum, in haec uerba. Dasolum operam, ut ditio-
nis tue populum habeas non alienum abs te, quan-
tum ad reliqua pertinet, ne sis sollicitus, nec enim
amici tibi deerunt. Carolus, qui initio rebus ualde
metuerat, missò legato, Connestablium orat, ne
bellum nimis infestegerat, quod sibi nihil opinanti,
necq; præmonefacto sit illatum. Eo nuncio multum
exhilaratus ille, quod se redegissem Carolum putabat
eò loci quo cupiebat, respōdit, uersari ipsum haud
dubie in maximo discrimine, & unam modo rem
huius difficultati subsidio esse posse, nempe, si filiam
Aquitano dederit uxorem. Ita futurum, ut præter

Q generum,

generum, alij etiam Principes auxilia subministrēt; se quoq; Sanctoquintinum esse redditurum, & paratum arma sumere pro ipso. Quod nisi matrimonium hoc interueniat, non esse integrum sibi, quicquid tentare, propter eximiam regis potentiam, qui & exercitum expeditum, & per Flandriam multos habeat à se non alienos. In eam sententiam plurima nunciabat plena terroris. Imprudenter sanè faciunt, qui suos Principes in metu continere uolunt, nec ullum, cui ea res bene cesserit, noui. Spectare hoc licet in Cōnestablio: Nam tametsi ad regem se contulerat; ipsius tamen facultates omnes ac liberierant in potestate Caroli. Constituerat ambos tene redubios inter spem & metum, sed eius audacia tandem pœnas dedit. Cum enim nemo sit omnium, qui non cupiat se in libertatem afferere: qui non male uelit ijs, à quibus aliqua seruitute uel metu cohercetur: hæc sanè libertatis cupiditas, & seruitutis odium, maxime uigent in Principibus. Carolus igitur acceptis Connestabli mandatis, quoniam intelligebat eum huius bellis facem accendisse, magnū aduersus eum concepit odium, in primis autem id eo, quod ille quibusdam terriculamentis cogitaret sibi nuptias extorquere. Et quia coactas iam comprias habebat: nihil erat magnopere sollicitus. Ex ijs, quæ de Aquitano primum ac de Connestablio deinde diximus, facile est uidere, de composito rem inter ipsos actam fuisse. Nam eodem ferè tempore,

Britannus

Britannus etiam multa in eandem sententiam, &
serè terribilia nunciabat; nec id modo, uerum eti-
am è suis proceribus cuidam potestatem fecit, ut
cum centum cataphractis Britannis regi militaret.
Quæ omnia eò recitaui, ut demonstrem, primum,
eo cōsilio bellum hoc suscepimus fuisse, ut Carolus
ad nuptias cogeretur: deinde, regem à suis iudicis
catum fuisse, quando injecta spe rebellionis per di-
tionem Caroli, ad bellum fuit impulsus. Ficta enim
erant propè omnia, & temere excogitata, tametsi
Connestablius, odio Caroli, quem à se grauiter of-
fensum & exacerbatū esse nouerat, fidelem & eges-
giam operam in eo bello regi prestabat. Sed et Aqui-
tanus acriter bellum gerebat, ideoq; res Caroli malo-
erāt loco. Quod si uoluisset initio sponderenuptias:
qui nunc ipsum oppugnabant, conuersis armis, co-
nati fuissent totis viribus potētiā regis infirmare.
Sed qualiacunq; tandem sint hominum consilia,
Deus pro suo arbitratu solus omnia moderatur.
Acciderunt hæc omnia, breui temporis interuallo.
Nam capto Ambiano, quindecim post diebus, Cas-
tolus cum exercitu prope Atrebatum cōsedit. Nec
enim retrocesserat longius. Inde rectâ contendit
Piccenium. In uia fit obuius ei tabellarius quidam
Britanni, cum eiusmodi mandatis. Regem inter as-
lia multa nunciasse Britanno, se per ditiones Cas-
toli, multos habere amicos, in primis autem Ant-
uerpiæ & Bruxellæ & Brugis, & constituisse ipsum

Q ij circum⁹

circumvallare , quocunq; tandem loco deprehendat. Hæc ille Carolo significabat, in gratiam, ut op̄is
nor Aquitani, quò magis eum ad nuptias instigaret. Verum Carolus in sinistram partem interpretatus omnia, statim, non interiecta mora, respondit, Britanno sic esse persuasum à suis aduersarijs & maiestatibus, eo consilio, ut perterrefactus hanc ratione, sibi non ferat opem, quod alioqui facere debeat, pro communi fœdere & societate inter ipsos : Gauduum, & eas, de quibus dixisset urbes, multò esse maiores , quam ut circum sideri possint, & firmiores, quam ut breuem & facilem habituræ sint oppugnationem : domum reuersus diceret Britanno, se constituisse trahiçere Somiam flumen, & prælio decertare cum rege, ubicunq; tandem eius rei potestas futura sit: orare se Britannum, ut se contra regem adiuuet, eamq; fidem & amorem sibi uicissim praestet, quam ipse in Peronensi pacificatione illi praesterit. Postero die uenit Piccenium, quod est ad Somiam oppidum, natura munitum, atq; ibi cogitat ponte coniungere flumen : sed erant forte in oppido circiter quingenti sagittarij, & pauci quidam nobiles . Ii cum uiderent transeuntem illum, eruptione facta, tam longe sunt progressi, ut tergadare cogerentur, plærifq; desideratis, ante quam receptum haberent ad suos. Capto deinde suburbio, & tormentis aliquot admotis, tametsi ea parte, propter interiectum flumen, capi non poterat opp̄is

Oppidum; sagittarij tamen metu percussi, cum uiderent pontem effici, & iueriti, ne ab altera parte obsiderentur, in fugā conuersi, discedunt ē statione, relitto oppido. Castellum uero, cum per unum & alterum diem sustinuissest īpetum hostilem, deditio nem fecit. Ea re perfecta, licet non admodum magni esset momenti, factus est animosior Carolus, ac motis inde castris, prope Ambianos consedit, affirmans, hærere se ī locis, & expectare, an prælio rex concertare uellet. Tandem ita propè ad urbem accessit, ut tormentis etiam, modo uellet, oppugnare posset, atq[ue] ita per mensem unum & dimidiatum ibi restituit. Erant in oppido pro rege, mille quadrin genti cataphracti, & quatuor sagittariorum millia, quibus omnibus & Connestabliū & Amirallius, & proceres alij multi præerant. Rex interea cogebat exercitum apud Bellouacos, & erant cum eo frater Aquitanus, & Nicolaus Calabriæ Dux, natu maior filius Ioannis Calabriæ & Lotharingiæ ducis, hæres unicus familiæ, & domus Andegauensis. Qui erant Ambiani in praesidio, constituerant eructionem facere in Carolum: si modo rex eū, quem habebat in Bellouacis exercitum, auxilio mitteret. Rex autem certior factus, prohibuit, ne quid tentarent. Tametsi enim hæc eruptio uidebatur posse non incommode fieri; tamen ipsis, qui erumperent, erat fortasse periculosa futura. Duabus enim portis erant erupturi, quarum altera non procul distabat à

Q īj nobis.

nobis, ideoq; si reiecti fuissent, quoniā pedites erant omnes; & se & urbē in discrimen adduxissent. Dum hæc geruntur, Carolus per adolescentem quenam, Simonem Quintū, dat literas per breues ad regem: queritur ualde sibi dolere, quod instigatus à nonnullis, bellum sibi intulisset, quod sua quidem sententia, facturus non fuerit, si modo recte fuisset de rebus omnibus edoctus. Alter Regis exercitus in Burgundia fœliciter rem gerebat, plæriscq; omnibus, qui restiterant, profligatis, & captis aliquot castellis. Ea re cōmotus fuit nonnihil Carolus, uerunt tamen longe diuersum rumorē in castris edidit. Acceptis literis rex, ualde fuit exhilaratus, iamq; tædebat eum more & longioris belli. Posteaq; ad eas res pōdit, potestatem suis fecit, qui erant Ambiani, ut de inducijs cum illo agerent: quæ primum quidem pactæ fuerunt in dies aliquot, postea uero in annū, nisi fallor. Grauiter istud tulit Cōnestablius, qui, tametsi aliter nonnulli sentirent, infestissimus erat Carolo, & post aliquot inter ipsos commutata uerba, graue conceperant odium, alter in alterum. Interea tamen per internuncios aliquam præbebant amicitiæ speciem. Cōnestablius quidem, quod opinio nem amicitiæ cum Carolo, sibi uidebat utilē esse ad retinendam authoritatem: Carolus autem, ut odij dissimulatione, Sanctoquintinum aliquando recuperaret. Quoties enim aliquid incidit, ut res gem uereretur Cōnestablius: promittebat Caro lo eius

lo eius oppidi restitutionem, nec id modo, uerum etiam iubebat aliquando proprius eum accedere cum copijs, intromittēdispe magna iniecta. Cunq; Carolus fidem eius & promissa non semel fecutus, id tentaret; ille mutata sententia, diuersum renunciabat. Nam quia summam obtinebat authoritatem, & amplissimas habebat à rege pensiones annuas: cogitabat eos per hæc dissidē continere in perpetuo metu. sed consilium ipsius erat periculi plenum, ob uitutem & potentiam & industriam illorum. Pactis inducijis, & dimissō exercitu, rex in Turones proficiscitur. Et is quidem fuit aliquandiu rerum status. Carolus ad suos reuersus, conuentus agit, in ijsq; demonstrat, quanto suo factum sit detrimento: quod in promptu non habeat, & in omnem euentum expeditas copias: Quod si quingenos tantum habuisset cataphractos, ad tuitionem finium, non fuisse regem denuo facturum bellum: & nisi prouideat, imminere sibi suisq; prouincij multò maiora incommoda. Quamobrem hortatur & instat, ut stipendia conferant, quibus alat octingentos cataphractos. Populus, & si grauare id faceret, assenserunt tandem id temporis, eijs centum & uiginti aureorum millia dependebant, in eaq; collatione non fuit comprehensa Burgundia. Sanè, non absq; causa, difficulter et inuitus eo descendit populus. Mouebat eos exemplum Galliæ, quæ perpetuum alit equitatum. Sic enim sunt Príncipes, ut paucum latim

Iatim crescat in ipsis ambitio & cupiditas: & quod
maioribus nituntur praesidijs: eò facilius captant sibi
multatum & dissensionum occasiones cum viciniis.
Hæc, de qua diximus, contributa pecunia summa,
crevit deinde ad quingenta millia, crevit etiam numerus
meritis equitum, non absq[ue] magno populi dispensatio.
Verum quidem est, equestres illas copias, bonam operam posse nauare, quando reguntur prudenter
allicuius Principis autoritate: sed si Princeps aut imperitor sit & ignarus, aut liberos relinquit
quaque parvulos: magis ferè nocent, quam prosumunt
provincijs, quarum defensioni sunt destinatae. Au-
gescebat in dies magis atque magis odium inter regem & Carolum. Aquitanus etiam domum reuer-
sus, per legatos frequenter Carolum de nuptijs
sollicitabat, & alebatur bona quadam spe, sicut alij
multi. Sed arbitror, Carolum non fuisse daturum
ulli suam filiam, ac seruaturn potius, ut affinitatis
iniecta spe, multorum amicitiam sibi conciliaret.
Moliebatur enim res ingentes, ac tales omnino,
quibus perficiendis humana uita non sufficiat. Vix
enim dimidia pars Europæ, mentem illius potuisse
set explorare. Animo quidem erat inuicto, & ad omnia
subeunda parato, & ea corporis firmitate, ut
quemuis laborem sustineret: deinde ijs facultatibus & potentia, ut precepteris aliquid magni posset
uerum nec ingenij uim satis magnam, neque malitiæ
satis habebat ad perficiendas res tam arduas. Nam
eum,

eum, qui late dominari uelit, oportet excellēti quodam & singulari p̄dītūm else ingenio: idc̄p totum pendet à beneficio Dei. Quæ in rege erant uirtutes, atq̄ etiam in Carolo, simul temperatæ: potuissent perfectum Principis exemplar repræsentare, sed in genio certe rex multum illi præstabat, idc̄p rerum exitus tandem docuit. Quoniam ad hunc locum peruentum est: præterire non possum, quin de rebus Anglicis aliquid adferam. Suprà diximus, Carolum, ut firmiori presidio se muniret aduersus regem, & quosvis alios: uxorem duxisse Eduardi Anglie regis sororem. Erat tum in Anglia Comes Beruicensis, longè potētissimus inter alios proceres. Is paulò antè quam Carolus Ambianum uenisset cū exercitu, coepit dissidere ab Eduardo: ad eamq̄ disensionem nonnihil contulerat Carolus, primum: quod indigne ferret, tantam esse Comitis illius auctoritatem in Anglia: deinde, quod non ignoraret, eum esse studiosum Ludouici regis. Verum ea tunc fuit Comitis per Angliam potentia, ut multis Angliæ proceribus trucidatis, Eduardum in suam potestatem redigeret, ac ueluti captiuum aliquamdiu seruaret: liberaliter quidem & honestè, sed tamen ademptis ab eo familiaribus. Carolus igitur, cui hæc omnia uehementer dislicerent: initis clandestinis consilijs, cogitabat Eduardum eripere, cūc̄ ipso in collocationem uenire. Tandem eō deductus fuit, ut elapsus ille, contractis modicis copijs,

R Beruici

uici Comitis cohortes profligaret: sed oppressus tandem ui majori, cum durabus nauibus, & circiter octingentis militibus profugit, pecunia, & rebus omnibus necessarijs destitutus. Miserum sanè spēstaculum, uide tam potentem Principem, possessiōnibus exutum, fuga sibi salutem petere, & tam indigna pati à suis beneficiarijs. Vixerat per annos duodecim in summis delicijs & altissima quiete, planè securus, & hoc solum spectans, ut quam suauissime in rebus omnibus haberet. Fugiens, cursum tenebat in Hollandiam, & tametsi consecrarentur eum hostes, tamen, quoniam majori interuallo praecebat, elapsus, in oram Frisiæ peruenit, ad oppidū Alcmariam, quod ad Hollandiam pertinet. Eo in loco tum erat illius regionis praefectus, uir honestus, qui liberaliter ipsum excepit, & datis uestibus, nō ipsi modo, sed & eius comitatui, ad Hāgam, Hollandiæ uicūm perduxit, re omni statim commotus. Intermisſis aliquot diebus, uenit ad Carolum Eduardus, apud Atrebates, eumq; pro auxiliis uehementer sollicitabat, uti primo quoq; tempore domum redire posset, affirmans, esse complures in Anglia, qui suis rebus faueant, ideoq; orabat, ne ab ipso, qui & socius esset, & confederatus, & sororius, destitueretur. Carolus autem, ne multorū odia uno & eodem tempore in se concitaret: palam quidem simulabat, se nullam ipsi opem ferre, idq; publico

1471.

publico edicto cauit, clanculum autem, interposis-
tis alijs, iuuit eum quinquaginta millibus aureo-
rum, & classe quatuordecim nauium. Ad hunc mo-
dum instructus ille, quo tempore Carolus prope
Ambianos cum exercitu substitit aduersus regem,
in Angliam decurrit: quò simulatq; uenit, auxilia
reperit, ad duo hominum millia, & in ijs circiter
quadrinientos nobiles. Quare cognita, Beruicensis,
magna celeritate cum exercitu progreditur, ut
Londinum prior occuparet, sed praeuertit Eduar-
dus, & cum ingenti ciuium applausu perbenigne
fuit exceptus, contra plurimorum opinionem, eò,
quod profligatus esse crederetur. Quod si fuisset ab
ea urbe interclusus, actum erat, prasertim, cum hos-
tis in propinquo magnum haberet exercitū. Tres
autē fuerunt omnino causæ, cur facilem haberet ad
Londinenses aditum. Primum, recens natus ei fili-
us, deinde, æs conflatum; Creditores enim & redi-
tum ipsius in primis desiderabant, & facultates cu-
piebant esse quam maximas. Postremo, consuetu-
do illa & notitia, quam habuit, rebus florentibus,
cum eius urbis fœminis, quæ maritos ad commis-
rationem & lenitatem facile impellebant. Londini
biduo commoratus, & cum exercitu profectus in
hostem, postridie illi occurrit, die Paschæ. Instructis
utrinq; copijs ad prælium, Clarentiæ Dux, deserto
Comite, cum duodecim millibus hominum transit
ad fratrem Eduardum, quæ quidem res & Berui-

R ij cum

cum uehementer conturbauit, & Eduardum, qui exiguas alioqui copias habebat, multum erexit. Fuit pugna longe acerrima, & pedites erant oēs utrinq;. Primum Eduardi agmen non mediocrem cladem accepit. Beruicus, cum ea parte copiarum, quas ipse ducebat, Eduardum petit, qui non imperatoris tantum, sed strenui quoq; militis officio fungebatur. Habebat hunc morem Beruicus, ut pedes non pugnaret, sed distributo exercitu, & rebus omnibus instructis, consuevit in equū ascendere, et si fœliciter à fratribus rem geri conspiceret, ingerebat se medium, minus, fugæ sese mandabat. In hoc autem prælio compulsus à fratre, pedes dīmicabat, & adeo fuit acris pugna, ut unā cum fratre, & maxima nobilitum turba caderet. Angliae consuetudo fert, ut in prælijs, belli duces atq; nobiles interficiantur, seruata multitudine; sed Eduardus, cum à Carolo discesseret, adiutus rebus necessarijs, constituit non uel le, ne multitudini quidem parcere, eò quod contra se arma sumpsissent. Fuit igitur edita maxima cædes. Ipse tantum mille & quingentos è suis desiderauit. Quo die prælum istud factum fuit: Carolus erat prope Ambianum, ibi per literas certior fit ab uxore, Eduardum esse in ipsum animo minus beneuolo, quod auxilia sibi malignius præbita, & parum absutissime diceret, quin omnino fuisset ab ipso desertus. Ut cuncte sit, indubitatum illud est, ab eo colloquio, quod apud Atrebates habuerunt, extinctam

Etam fuisse prope omnem, quæ prius fuit inter ipsos, benevolentiam. Veruntamen Carolus, quod existimabat hanc illius uictoram ad suas quoque commoditates pertinere; passim diuulgauit eam, dimissis huc illuc nuncij. Princeps Vualliae, qui secundum regem, primas in Anglia tenet; adiutus a suis confederatis, exercitum habebat ad quadraginta millia. Quod si Beruicensis paululum modo differre potuisse, coniunctus cum ijs copijs; feliciter, ut est credibile, pugnasset. Sed quoniam erat in eo exercitu Dux Sombressius, cuius patrem & fratre ille necauerat; idcirco potissimum solus pugnare uoluit, non expectatis auxilijs. Interfecto Beruicensi, & cæso illius exercitu, Eduardus in Vuallensem rectâ contendit, qui licet multitudine superaret; aduersum tamen prælium fecit, interemptus ipse cum multis proceribus. Sombressius è pugna superstes, & captus, postridie fuit interfactus. Beruicensis intra dies undecim occupauerat omnem Angliam; Eduardus autem intra dies uiginti totam recuperauit, & parta uictoria, supplicio multos diuersis locis affecit, præsertim coniurationis Principes. Ab eoq[ue] tempore pacate quidem uixit, & sine contentione trubatur imperio: sed non caruit tam magnis animi molestijs. Quod reliquum est dieribus Angliae, suo loco sum dicturus: nunc ad institutum reuertar. Aquitanus continenter urgebat nuptias, propterea, quod cur incepto desisteret,

R iii aut

aut desperaret: causam nullam Carolus præbebat,
qui tamen nihil minus constituerat, quām illi in eo
gratificari, imò indigne ferebat, esse aliquos, qui pu-
tarēt, se posse cogi: Cōnestablius ultrò se ingerebat,
& uoluit omnem huius rei, si perficeretur, laudem
& gratiā ad se redire: Idem etiam affectabat Britan-
nus. Rex uero totis uiribus conabatur, tametsi nō
hil opus erat, impedire matrimonium, diuabus de-
causis, ut aliquando diximus. Sed & Carolus non
cupiebat habere tam potentem generum, & hoc so-
lum agebat, ut spe matrimonij complures sibi de-
uinciret. Neq; uero mirum uideri debet, regem se
totum opposuisse. Nam eo confecto negocio, ual-
de fuisset fratrīs aucta potentia, qui Britanno deint
de coniunctus: in maximas difficultates regem ac
ipsius liberos adducturus erat. Commeabant ergo
super ea re plurimi inter ipsos nuncij, priuatim alijs
& secreto, alijs uero palam. Quæ quidem res non ca-
ret suis incommodis & periculo. Sub legationum
enim specie multa s̄epe pernicioſa tractātur. Quan-
quam sanē fieri non potest, quin & multos subinde-
mittant Príncipes, & uicissim accípiant, sed prudens-
ia singulari & dexteritate quadam opus est in tra-
ctandis exterorum legatis. Et principio, meo quis-
dem iudicio, amicorum legati, de quib; nullam
habemus malē suspicandi causam, liberaliter sunt
& honestē tractandi, facta subinde illis potestate
conueniendi Príncipis, ad quem missi sunt, modo
sit pruz

Sit prudens & honesta specie. Nam alioqui præstat,
eum uel rarius conspici, uel non diu insistere collo-
cutioni. Ad quam cum descendit, prouideri debet,
ut sit eleganter uestitus, & de ihs, quæ pronunciari
& responderi oportet, edocitus, & mox reuocetur à
congressu. Nec enim diuturna est Principum bes-
nevolentia. Cum autem uel publici uel priuati ue-
niunt ab aliquo Principe parum amico, tametsi pe-
ticulum est in ea re non leue; excipiendi tamen sunt
non incommode, & destinandi aliquot idonei ho-
mines, à quibus tractentur. Hoc enim ad honestas-
tem pertinet, ac simul eò confert, ut quid agant, &
quibuscum loquantur, & quos habeant sibi fami-
liares, cognoscatur, nec id modo, uerum etiam, ut
homines leues atq; seditiosi non habeant ad ipsos
aditum. In omnibus enim Principum familijs sem-
per aliqui existunt, qui mutationem aliquam, & res-
nouas cupiunt. Et quoniam periculi plenum est, ha-
bere domi suæ hostem: suaserim, primo quoq; tem-
pore eiusmodi legatos dimitti, uerum ita tamen, ne
quam habeant occasionem de inhospitalitate con-
querendi. Sed ne bello quidem exorto, sunt inter-
mittendæ pacis rationes, aut repudiandi legati, ues-
rum audiendi sunt omnes, ac inuicem ad hostem
mittendi, ihsq; mandandum, ut diligentissime ob-
seruent, quid quoq; tempore geratur, qui cum quis-
bus colloquantur. Crebro enim mittendum est, eti-
am si hostis iubeat abstineri deinceps, & commeatu-
prohis

prohibeat. Nec enim ullus, quantumvis prouidus & fidus explorator, facultatem habere potest, tam multa cognoscendi, quam eiusmodi legati, qui cum sunt unus & alter, aut etiam plures, fieri non potest, quin aliquid odorentur. Nam, qui sunt prudentiores Principes, id operam dant, ut etiam apud aduersarios habeant quosdam a se non alienos. Verum, si quis tam frequentes mittat internuncios, futurum est, dicat aliquis, ut hostis fiat insolentior. Atqui in eo sane nihil est mali, & interea de ipsius rationibus ac consilijs cognoscetur semper aliquid. Et licet eandem rationem hostis instituat, ut modo dixi, & suos inuicem mittat; non tamen idcirco desistendum est legationibus, ut uaria multaque cognoscantur. Huc etiam accedit, quod non omnes aequae sunt ingeniosi: neque parem semper habent rerum usum, & quod quisque prudentior est in eiusmodi tractationibus: eò maiorí cum fructu & honore in his uersatur. Quod ut clarius intelligi possit: exēpli causa quidam sum dicturus. Pactio nulla facta fuit unquam inter Gallos & Anglos, in qua nō ingenij ui & acrimonia Galli præstiterint: adeoque prouerbio dicitur apud Anglos (quod ipsi aliquando mihi in rerum tractatione recitarunt) Quoties cum Gallis prælio concertarint, uictores se plærumque fuisse, quoties uero cum illis paci sint; detrimentum semper aliquid accepisse. Et recte quidem ita iudicant: Habet

Habet enim Gallia præstantissimos viros , ex ijsqz
noui non paucos , quibus rectissime committi pos-
sit maximarum rerum gubernatio : quorum ex nu-
mero sunt illi ferè , qui diu multumq& familiariter
cum Ludouico rege uixerunt . Fui aliquanto proli-
xior in hoc argumento , ut ostenderem , quemadmo-
dum obseruari debeant extenorum Principum le-
gati : sed non temere sum immoratus . Multa enim
sub eo prætextu , & ab alijs uidi fieri , & feci ipse alio
quando callide , & insidiose , quamobrem silētio hęc
pr̄eterire nō potui . Aquitanus adeò diligenter age-
bat suum negocium apud Carolū : ut & uerbo & li-
teris aliqua interueniret pollicitatio . Sed uidi , quan-
do & Nicolaum Calabriæ Ducem , & Philiber-
tum Sabaudiæ , & Maximilianum Friderici Cæ-
saris filium , Romanorum regem , consimili quoqz
spe ille foueret : idqz intra treis annos omnino ,
Quod si uixisset diutius : nullum erat sibi delectu-
rus generum , sed Maximiliano ualde profuit ea ,
quam filia , ipsius mandato fecerat , sponsio , ut suo
loco postea sum dicturus . Ethac quidem omnia re-
cito , non ullius lædendi causa , uerum quod & ipse
ea uiderim , & habeam comperta , & ad formandū iu-
diciū in rebus ciuilibus pertinere mihi uideantur ;
Sic enim statuo , homines inertes & stupidos &
plebeios , non esse datus ullum tempus his com-
mentarijs , uerum Principes non ignaui , & homi-
nes iudicio prædicti , non absqz fructu , meo quidem

S iudicio ,

iudicio, in eorum lectione uersabuntur. Inter ea dū de nuptijs agitur; in euntur noua consilia contra regem. Habant Aquitanus & Britannus apud Carolum legatos: & qui à Britanno erant missi, dicebant regem sollicitare quacunq; ratione familiares Aquitaniæ Ducis, & iam demolitum esse castellum quoddam eius regionis: ex quo facile sit intelligere, quid moliatur, hoc scilicet, ut sicut antea Normanniam ex pacto traditam, recepisset, ita quoq; nunc Aquitaniam recuperet. Missis igitur à Carolo super ea re literis & nuncijs, rex ita respondit: Fratrem suum Aquitanię Duce, proferre nimium finies, & excedere līmites: eorum, quæ iam ei dediſſet: nihil se quicquam adempturum illi. Atq; hīc spectare licet, quām sint confusa et perturbata Galliæ negotia, simul atq; dissensio aliqua nata est, & quām sit arduum, ea pacificare. Tametsi enim principio unus & alter solum dissideant: tamen breui post tempore, multi alij, studio alterius partis, imiſcentur. Sed ferè fit, ut excitata primum offensio, quisq; putet se iam finem & exitum illius prop̄ spicere. Inter alia, Britannus & Aquitanus orabant Carolum per legatos, ne Anglorum ueteretur auxilijs, quod essent perpetui hostes Galliæ, cuius incoſtum, ut bellum uel inferant regi, uel illatum defendant: & quod præcipuum sit, esse per Galliam non paucos,

paucos, nec vulgares homines, qui rebus ipsorum
faueant, et a rege animum auerterint. Aderam, cum
Aquitani legatus in eam sententiam ad Carolum
locutus, ut copias cogeret, hortaretur. Ibi tum Ca-
rolus, ad me conuersus, & paululum secedens: ui-
des, inquit, sollicitatem illum, ut bellum moueat,
quod ex usu Galliae futurum esse dicit: An idem
quocq; tibi uidetur? Hic ego subridens, dicebam,
mihi uideri, non futurum utile. Tum ille: Sum, in-
quit, studiosior Gallie, quam orator iste putet. Cum
enim unus modo sit in Gallia rex, ego sane cupe-
rem a senis regibus eam gubernari. In hoc ipso tem-
pore, Eduardus Angliae rex, qui putabat confessas
iti nuptias cum Aquitano; totis uitibus conabatur
impedimentum aliquod iniçere. Nam quia Ludo-
vicus rex non habebat filium haeredem; dicebat fo-
re, ut illo mortuo, ad fratrem deferretur principa-
tus & imperium, qui per has nuptias amplificatus,
& florentissimarum ditionum possessionem adeps-
tus: in summum discrimen possit omnem Angli-
am aliquando adducere. Vehementer itaq; sollici-
tus erat, tametsi praeter causam, tum ipse, tum An-
gliae proceres omnes, ita quidem, ut satisfactionis-
bus Caroli fidem non haberent, & quiduis facturi
esse uideretur, etiam regem adiuturi potius: quam
ut matrimonium hoc ipsorum uoluntate fieret. Vi-
dere licet hoc loco, quantis curis hi Principes, ac ip-
sorum familiares distineantur in summis & arduis

S ñ negocijs,

negocijs, quorum finem & exitum praeuidere non possunt. Nam in istis sollicitudinum & grauiissimorum cogitationum molestijs, evita decesserunt, alij post alios, inhiantes audiissime, alter alterius morti, maxima curarum & occupationum mole relicta suis haeredibus. Quanquam sane Ludouicuſ, Carolo filio, moriens pacatam tradidit Galliam, hac in re benignior in illum, quam in seipsum. Erat enim quietis & ocij impatiens: per omnem ferè uitam implicatus bellis atque dissensionibus, à quibus uix egrave sub mortem fuit expeditus. Aquitanus interea, dum ipſius legati Carolum ad bellum hortatur; minus commoda utebatur ualetudine. Cumque rex apud Xanthiones, oppidum quoddam obſideret, legati hoc perfecerunt, ut Carolus Atrebatum profectus, conduceret copias, ac Peronam deinde cum exercitu longe maximo proficeretur. Habebat enim inter alios mille ducentos cataphractos expeditissimos. Dum apud Atrebates commoratur; duo simul ferè nuncij adferuntur, primum; Calabriæ & Lotharingiæ Ducem Nicolaum, aduentare matronij causa. Hunc, postequam aduenit, humaniter excepit, bona quadam spe infecta. Deinde, postero die sunt allatae literæ à Simone Quintio, qui ipſius erat apud regem legatus, quibus ille significabat, Aquitanum evita demigrasse, & regem bonam eius ditionis partem iam occupasse. Earum literarum sententiam multi deinde alij confirmabant. De genere

genere mortis non una fuit opinio. Carolus eum causum immoderatissime tulit, & instigatus à nonnullis, dat literas ad multas Aquitanę ciuitates, odiosę scriptas in Regem, sed parum ihs profecit. Nec enim ullus extitit motus, tametsi puto, regis negotia summam habitura fuisse difficultatem, si longior ipsius fratri uita cōtigisset. Iam enim Britanni erant instructi, neq; longe aberant, & multi per Galliam ipsorum rebus fauebant, sed interuentu mortis A^rquitanī, conciderunt omnia consilia. Sic exacerbatus Carolus, progreditur cum exercitu, & bellum incipit in Veromāduis, atrox admodum & furustum. Quacunq; enim transiret; incendijs omnia vastabat, omnino præter morem. Primum agmen obſidione cinxit castellum eius regionis, Nelam, in quo præſidium erat aliquot sagittariorum. Hilegatum ad ipsos missum de deditione facienda, interficiunt, & cum de inducijs coeptum effet agi; omissa eius rei mentione, & impetu facto, ui expugnantur. Qui supererant à cæde, suspenduntur, nonnullis præſecantur manus, paucis quibusdam commiseratione militum dimiſſis. Crudele quidem erat istud belli genus: sed Carolus uolebat uideri, iustum habere causam, cur ita faceret. Primum enim, odiosę admodum et acerbè loquebatur de morte A^rquitanī, secutus aliorū sermonem. Deinde, eorum oppidorum, quæ sunt ad Somiam flumen, iacturam, grauissime tulit. Quo tempore cogebat hunc

S iii exerce

exercitum: legati regis, Petrus Doriollus, Galliae Cancellarius, & alij nonnulli proceres, non semel ad ipsum uenerunt, ante mortem Aquitani, & se creto de pace agebant. Sed quia Carolus in pris mis uolebat sibi restitui illa Picardiae oppida, nihil quicquam perficiebant, recusante rege: qui nunc demum, postea quam instructi uideret Carolum, assensit, his conditionibus: Ut Ambianum & Sanctoquintinum, & alia, de quibus erat controuersia, redirent ad Carolum: ut de Comite Niuernensi & Connestablio, eiusq; facultatibus omnibus, libe rum esset Carolo statuere, pro suo arbitratu: ut ab amicitia & foedere Aquitani & Britanni Carolus discederet, eosq; permitteret inuicem potestati regis. Eas conditiones Carolus iureiurando sanciuit, & aderam ipse. Regis quoq; legati, simili se religio ne obstrinxerunt, & simul suadebant Carolo, ut contineret exercitum, uti rex eo promptius redde ret, quae promisisset, oppida. Sed & cum à Carolo iam discederent, Simonem Quintium unā secum abducebant, ut is corām uideret, ea, de quibus ipsi pacti essent, à rege cōfirmari. Sed quum rex per dies aliquot differret: allatus est de morte fratri nuncius. Qua re cognita, Simonem Quintium frigidē admodum dimittit, necq; iureiurando uoluit teneri. Quod implacatissimē tulit Carolus, & se ludificatum esse querebatur. In castris etiam maximus erat fremitus, & omnis generis contumelias plærīq; in regem

regem dicebant. Qui lecturi sunt aliquando ista, ius dicabunt, ut est credibile, uel parum fideles & integros fuisse Principes, de quibus loquor, uel me criminar illos & uituperare. Certè, nullius honorem aut existimationem uelim per me uiolari; sed ut hystorię sua constet ueritas & ordo, nō fuit integrum, ea, quæ dixi, silentio præterire. Sed quæcunq; tandem futura sint hominū iudicia: si quis alios quoq; Principes intueatur, multò fortasse plura, quæ resprehendantur, comperiat. Nunc autem, ex his duobus, uter insidiosè & astutè egerit, uideamus, ut iuniores aliquando Principes, consimilibus implicati negocijis, rectè sibi caueant, ne circumueniantur. Nam etsi non omnes æquè sunt ad fallendum propensi; tamen utile est, memoria complecti superiorum temporum res gestas. Ut igitur, quod res est, dicam, arbitror eò spectasse omnia illorum cōsilia, ut alter alterum falleret. Eaq; in re similibus proptermodum sunt usi rationibus. Ambo instructum habebant exercitum, & rex aliquot iam oppida tenebat, & interea dum de pace ageret cum Carolo, ualde urgebat fratrem, à quo complures è nobilitate iam defecerant. Ipsius exercitus erat non procul à Rupella, quod est in Xanthonum finibus oppidū maritimum, munitum & locuples. In eo multi erāt ab ipso non alieni, & partim ob crebram pacis mentionem, partim propter ægritudinem Aquitani, certis conditionibus iam cœperant pacisci. Hæc enim

enim regis erat, nisi fallor, sententia, ut si uel bellum
ijs locis fœliciter gereret: uel ipsius frater euita mi-
graret: non interponeret iusurandum. Sin autem
eo bello, quod cupiebat, non consequeretur: ut
tum uitandi periculi causa, seruaret propositas con-
ditiones, ideoq; diligentissime obseruabat tempore
ris momenta. Nam Simonem Quintium, Caro
lile
gatum, per dies octo distinuit, atq; interea demor-
te fratris allatus est nuncius. Et quia sciebat illum
uehementissime cupere Ambiani & Sanctoquin-
tinii restitutionem, neq; temere idcirco præbiturum
esse causam ullam offensionis: putabat senon diffi-
culter posse perficere, ut quindecim aut etiam eo
plurium dierum moram leniter ferret. Interea, si
quam commoditatem tempus adduceret, expe-
ctabat. Posteaquam de rege sum locutus: dicen-
dum nunc est de uoluntate & consilio Caroli, & uis-
endum, quid regi permiserit, siquidem mors A-
quitani non interuenisset. Simon Quintius manu-
datum acceperat ab eo, petente rege, ut simulatq;
rex iureturādo sanxisset pacem: in Britanniam pro-
fectus, cuiusmodi essent conditiones, Britanno de-
nunciaret: Deinde placuit, ut Aquitaniæ Ducis le-
gati, qui tum aderant, principi suo idē significanterent.
Quod ideo rex uolebat, ut Britannis, cum à Caro-
lo, cuius uirtute & præsidio magnopere niteban-
tur, sese destitutos esse inteligerent, pauorem & tre-
pidationem adferret. Erat autem Quintio datus à
Caro-

Carolo, ueluti comes itineris, inter alios, Hanouius
quidam Parisiensis, homo prudens. Ei Carolus ab-
eunti dedit literas, quas ad Quintium ipse scripses-
rat, in quibus hoc solum inerat, ut ihs, quæ dicturus
esset Hanouius, fidem haberet. Sed mandauerat ei
Carolus, ne eas literas Quintio redderet, priusq; et
à rege discessisset, & Nānetes, quod est ad Ligerim
oppidum Britanniæ minoris, peruenisset: utq; eo
primum loco sua mandata illi exponeret, in hanc
sententiam: Utī Quintius, nomine Caroli, iuberet
Britannum esse firmo animo & ocioso, non se des-
serturum esse uel ipsum, uel Aquitanum etiam, sed
omni ratione, totisq; uiribus adiuturum; iniisse qui-
dem se pactiones cum rege, sed non alia de causa, ni-
si ut amissas urbes recuperet, à rege sibi præter ius
& æquum, contraq; fidem & promissum, pacis tem-
pore ademptas: Iis oppidis recuperatis, nunciatus
rum se regi, ut à bello Britannico & Aquitanico
abstineat: Nec enim promissa & iusurandum se
magis seruaturum esse, quam ipse priora pacta ser-
uarit, tam illa, quæ prope Lutetiam Parisiorum,
quam quæ postea Peronæ facta sint; ademisse illum
sibi pacis tēpore, quas antea dederaturbes: oportes-
re nunc etiam, ut patienter ferat, ijsdem artibus il-
las abs se recuperari. Quantum ad Connestablium
& Comitem Niuerensem pertineat, licet ab ipso
destituti sint, & sibi permisum ex pacto, ut de ipso-
rum fortunis pro suo iudicio statuat: setamen, et si

T iustum

iustam habeat offensionis causam: condonaturum
eis esse culpam, nec uelle quicq; ipsis afferre, ideoq;
orare se, ut ipse ad eundem modum agat cum Aqui-
tano & Britanno, eosq; patiatur ocio & pace uti,
sicut apud Luteciam constitutum sit. Quod si non
impetrat, non se neglecturum esse sociorum iniuri-
as: Et quo tempore haec nunciaturus sit regi per le-
gatos, habiturum se esse omnia ad bellum apta &
parata. Haec erat summa eorum, quae Carolus &
nunciabat illis, & cogitabat perfidere: sed longe alii
ter accidit. Nam interitus Aquitaniæ Ducis inter-
uertit omnia consilia. Rex enim neq; restituit Caro-
lo, quas ille petebat urbes, & simul morte fratris au-
ctus est Aquitaniæ accessione. Suprà diximus,
quemadmodum illi, qui erant in præsidio Nelæ,
capti fuerint. Carolus inde digressus, Roiam cir-
cum sedidit, quod est in Bellouacis oppidum, ubi mil-
le & quingenti erant sagittarij cum aliquot cata-
phractis. Maiorem exercitum ante id tempus nul-
lum habuit. Postridie quam eò uenisset: hostes me-
tu percussi, deserta statione, quum per muros sefe-
cissent, dedunt se Carolo: Quæ causa fuit, ut &
reliqui cataphracti: compositione facta, disceder-
ent. Constituerat Carolus illinc ad Normannos
transire: sed prius uenit Bellouacum, eiusq; oppidi
suburbium unum facili manu occupauit prima
ipsius acies, cui præerat Cordæus, qui deinde aliam
quoq; urbis partem tentabat: uerum quod nimium
breues

breues erant scalæ, & perpaucæ quidem illæ: nihil potuit perficere. Duobus quibusdam tormentis igitur obiectam portam oppugnabat. Quod si plures habuisset machinas, & continenter fuisset ejaculatus: haud dubie potitus fuisset oppido, sed accesserat male instructus ad eam rem perficiendā. Præter oppidanos initio nullus erat ibi ferè miles. Nostri, ea parte, qua tormentis erat interrupta porta, comisnus in hostem pugnabant. Interea Cordæus Carolum sollicitat, ut celeriter cum reliquo exercitu progrederiatur, si uelit oppidum occupare. Dum hæc geruntur: ex oppidanis aliquis coniicit faces ardentes in nostros, qui ad portam uim faciebant, cumq; iam incendium late uagaretur in porta: nostri coguntur referre pedem, donec extinctus esset ignis. Carolus, ut eò uenit, putabat & ipse captum iri iam oppidū, oppressa flamma. Et sanè, si partem exercitus colloccasset uia Parisiësi: aditu & itinere prohibuisset omnibus, qui auxilio ueniebant. Sed difficultatem sibi singebat et periculum, ubi nullū erat, et quod tenui flumen interlaboretur: noluit transire, ac deinde, cum iam hostium equitatus magnus in oppidū uenisset: constituit in eam partē transire, consilio multum ancipiti & periculoso, à quo tamen uix summa difficultate poterat dimoueri. Incendium illud totum diem permansit, & sub uesperum, decem dunt taxat cataphracti, nobis inscientibus, dum occupamus ponendis castris, & quod ad eam partem nulli

1472.

T iij essent

essent nostri milites, in oppidum peruerunt. Pris
ma luce, propius admouemus tormenta, in eocq
temporis uestigio conspeximus adducentos cata
phractos in urbem ingredi, quorum aduentu re
creati oppidaní, ut est credibile, deditioñis nullā fe
cerunt mentionem. Sed Carolus tum exacerbatus
ob res anteactas, ut diximus, uolebat ui capere.
Quod si accidisset, erat dubio procul omnia uaſta
turus incendio. Post equitatum illum in urbem re
ceptū, totos quindecim dies oppugnabat eos acer
tame tormētis, sic, ut ad impetum faciendum militis
bus esset patefacta uia: Sed quoniā fossa stagnabat
aquis; efficiendi nobis erant duo pontes, ad latus il
lius portę, quę fuit exusta, et ab altera parte eius por
tae perueniri poterat ad murum absq; periculo, nisi
quod unum modo propugnaculum, propter ipsius
humilitatem, difficilem habebat oppugnationem.
Et quanquam fortissimi duces, lectissimiq; equites
oppidum defendebant, et inter hos Connestablius,
nisi fallor; Carolus tamen constituit ui oppugna
re, contra omnium opinionem: & noctu, quieti se
daturus, rogabat ē suis familiaribus, an putarent
hostem ad sustinendam oppugnationem habere fa
tis uirium & animis. Cum plærīq; affirmarent ob il
lorum multitudinem, deridens, aiebat fore, ut ante
exortam lucem, omnes ex oppido se ejacerent, ac fu
gæ mandarent. Postridie, mane, cœptum est uehe
mentissime oppugnari. Pontem illū ex nostris mul
ti trans-

ti transeunt, plerique etiam in muro constituerunt, & cominus diu multumque praeliantur. Erant destinati recentes ac integri, qui primis aut interemptis, aut reiectis aut defatigatis succederent, sed cum frustra eos moliri uideret Carolus: iubet referre pedem. Hostes, quod cōspicerent se numero superari: continebant se intra munitiones. Ex nostris desiderati sunt ad centum & uiginti, uulnerati autem circiter mille. In sequenti nocte, hostes eruptione facta, quoniam & equites erant omnes, & pauci, & hastis inuesti in tabernaculorum funes, impediabantur: nulla re perfecta, recipiunt se in oppidum. Octauo post oppugnationem dñe, Carolus constituit rem tentare uia & porta Parisiensi, bipartito exercitu, sed quod urbs a multis & lectissimis hominibus defens debatur: omnes eum dehortabantur. Quod nunc demum cogitabat perficere, id si principio fecisset: multò rem egisset felicius. Cum non succederet consensu, soluit obsidionem, & futurum putabat, ut discedens inuaderetur ab hoste. Quod si facerent, cogitabat eos excipere: sed quum nulla fieret eruptio: contendit in Normanniam. Promiserat enim Britanno, se Rothomagum usque cum exercitu profecturum esse, quo & Britannus uenturum se cum suis copijs dixerat, sed accepto nuncio de morte Aquitani, mutata sententia, domi sese continuuit. Carolus, captis aliquot oppidis & castellis Normanniae, & incendio uastatis Aulercorum agris, ad por-

T iii tas usq;

tas usq; Depæ, quod est maritimum oppidum, tandem apud Rothomagum consedit. Sed interceptis ab hoste pabulatoribus, quoniam & hyems suberat, & cibariorum magna esset inopia: domum revertitur. Confestim post ipsius abitionem, Regij milites omnia, quæ hjs locis occupauerat, sine negotio recuperarunt.

PHILIPPI COMIN AE I
commentariorum Liber Quintus.

1473



D hoc ferè tempus dedi me in clientelam & familiā Regis, qui & plerosq; sui fratris familiares, post mortem illius, recepit, & tum in Britannia bellum gerezbat. Sed post crebras utrinq; missas legationes, constituit omnino pacisci. Quod ut maioris suo modo faceret: familiares aliquot Britanni, à quisbus ille totus pendebat, ipse inutilis & ignavus, promissis & largitionibus ad suas partes traduxit. Eorum authoritate & cōsilio, re perfecta, & constituta pace, in Picardiam contendit. Per hyemem ferè consueuerant ipse & Carolus aliquot mensium pacisci inducias: Idem nunc quoq; faciebant. Verum legati regis, cum de pace Britannica exposuissent: nolebant Britannum inter socios Caroli comprehendi,

hendi, quod ab eius foedere nuper ille discessisset. Legati autem Caroli, et in his Cancellarius, affirmabant, Britanno esse liberum, ut intra certam diem accederet in utrius partis amicitiam uellet; illum antea quoque defecisse à foedere, & literis hoc significasse, nec tamē idcirco defuisse officio; pendere quidem illum ab alienis consilij, & suorum authoritate gubernari totum, sed tamen sequi tandem saniora consilia, & facere, quod sit ex usu rerum suarum. Dum de his rebus agitur: magnus erat utrinque fremitus aduersus Connestablium. Oderat eum rex, & multi Galliae Principes admodum acerbè: Carolus etiam multo infestius, propter eruptum Ambianum & Sanctoquintinum, & quòd redintegrati belli ipsum habebat præcipuum authorem. Nam inducias rum tempore Connestablius cum ipso blandissime agebat: sed exerto bello, persequebatur odiosissime me, & inuitu uolebat extorquere filiam, ut supra demonstrauimus. Has odiorum causas etiam illud auxit, quòd quo tempore Carolus cū exercitu prope Ambianum consedit; ille factis incursionibus in Hannoniam, castellum quoddam ijs locis cremauit, nouo plane & inusitato exemplo. Cum enim ab incendijs antea temperatum esset utrinque: Carolus indignitate rei commotus, & securus morem illius, in Galliam quoque deinde flamas & ignem intus lit. Excitatis in eum multis aduersarijs, fit coniuratio, & utriusque Principis legati consilia inter se communis

municabant. Habebat enim ille suas possessiones non uno in loco. In Veromanduiis occupabat Sanctoquintinum, locuples & firmum oppidum, in propinquuo tenebat Hanium & Bohenium, arces, quæ facile poterant præsidij firmari: Deinde, præter summum illud munus, quod in Gallijs obtinebat, pensionem annuam habebat à rege, ad quadragintaquinq[ue] francorum millia, sed & uectigal atq[ue] portorium ei pendebant mercatores, qui uina ex Gallijs, per ipsius fines deportabant in Flandriam aut Hannoniam. Ad hæc, non in Gallia tantum, sed per Caroli quoq[ue] ditiones multorum sibi gratiam & benevolentiam adiunxerat. His de causis, non poterat eum rex, nisi adiutus à Carolo, solus opere primere. Per inducias agebatur potissimum de illius capite ac fortunis. Qui à rege erant ad eam rem destinati, referebant omnia ad Imbercortum, qui & à multo iam tempore illum oderat, & nuper etiam maius conceperat odium. Nam quodam in conuentu, dum utriusq[ue] Principis legati de controversijs agerent: ille mendacij Imbercortum insimulaues ratus. Quam ad criminationem iste prudenter & modeste respondit, iniuriam illam non ad se, uerum ad regem, cuius fidem secutus eò uenisset legatus, & ad Carolum, cuius ipse locum obtineret ibi, pertinere, cui etiam sit commemoraturus omnia. Hæc ei perniciem attulit, ut postea sum dicturus. Quos circa

circa , qui sunt magno loco apud Principes : magna opere sibi cauere debent, ne quid atrocius dicant. Nam quod potentior est & maior is , qui iniuriam facit, eodem grauius dolent ijs, quibus infertur. Propter authoritatem enim eius & amplitudinem qui intulit, putant hoc magis ad infamiam suam pertinere. Quod si Princeps quoq; durius aliquid ipse dixerit: tunc uero spem omnem illi abiiciunt, ullos uel honores uel opes ab eo consequendi: Deinde, sic est ferè comparatum inter homines, ut pleriq; spe percipiendi commodi magis excitentur: quam memoria iam accepti beneficij. Sed ut ad institutum reuertar: Regij legati super ea re potissimum agebant cum Imbercorto & Caroli Cancellario, ad quem etiam aliqua pars eius iniuria, quam Imbercortus acceperat, pertinebat . Breuiter, eodem res deducta fuit, ut Bouilli, quod oppidum à Namurcis non longe abest, legati conuenirent. Connestablius autem certior factus, quid ageretur: crebros dimitebat ad utrumq; Principem nuncios, & regi quidem persuasit, Carolum eodem spectare, ut serderet à Gallijs alienum. Magna igitur celeritate rex mandat suis, ut aduersus illum, certis de causis, nihil statuant, & inducias tantum extrahant. Cum is adferretur nuncius: iam peracta res erat & confirmata literis: uerū tantus erat inter legatos animorum consensus, ut eas literas utrobicq; redderent. In ijs hoc perscriptum erat, Connestablium multis de-

V causis

causis iudicatum esse hostem & regis & Caroli: ideoq; iureiurando & fide data promiserant, ut uter ex ipsis duobus prior eum cœpisset: is uel intra dies octo supplicium sumeret, uel in socij potestatem daret, eamq; rem publicè denunciandam esse: nec id modo, uerum etiam omnes, qui auxilium ei præberent unq;, hostium numero habendos. Rex præterea pollicebatur, redditurum se Carolo Sancto quintinum & illius omnia mobilia bona, quæ sint in Gallijs: facultates etiam illius omnes, quas in inferiori Belgica teneret, ei largiebatur. Decretum & hoc fuit, circumcidendum esse illum ab utrisq; in sua arce, intra certum tempus. De his omnibus ita conuenerat, ut diximus: uerum superueniente illo nuncio, mutatum est consilium, & Connestablio fuit constitutus dies, quo cum rege, accepta fide, in collocutionem ueniret. Id fuit tribus à Nouioduno milliaribus. Connestablius eò uenit, comitatus inter alios, circiter trecentis nobilibus cataphractis, ipse armatus sub ueste discincta. Cum rege erant sexcenti cataphracti, & in his Comes Dammartinus, hostis illius grauissimus. Rex, præmissis aliis, quot equitibus, quoniam prior ille uenerat, excusat moram: tandem & ipse uenit. Eramus cum copiæ quidam in ea collocutione. Connestablius primum excusat, quod armatus uenisset: factum id à se propter Dammartini præsentiam, à quo capitally dissideret. Post multam collocutionem uoluit

rex

rex, ut præteritarum offenditionum aboleretur memoria. Cum deinde in eam partem, ubi rex erat, translatus (Nam tabulatum quoddam intererat) fit inter eum & Dammartinum, intercessione regis, compositio. Inde cum rege prefectus Nouiodunum, postridie Sanctoquintinum reuertitur, plane reconciliatus, ut ipse quidem dicebat. Plaricq; omnes fremebant & indignabantur, alij uero etiam risabant, in collocutionem uenisse regem cum suo cliente & beneficiario: qui interiecto sepimento, non esset ueritus in sui Principis conspectum uenire armatus, & equitum circumclusus cohortibus, qui quidem omnes & regis essent imperio subiecti, & alerentur ab ipso. Qua re intellecta, rex, cum & ipse apud se diligenter omnia reputaret, qui iam ante inimico in eum animo fuisset, multo grauius hoc dolore exarsit. Et quanquam institutum istud regis incusari fortasse potest: non absq; causa tamen factum ab eo fuit. Arbitror enim Carolum, non habita ratione eorum, de quibus antea conuerterat, libeter fuisse cum illo redditum in gratiam, si modo potuisset ab eo recuperare Sanctoquintinum. Sed quantum ad Connestablium pertinet, tametsi ingenio ualebat: minus prudenter tamen egit, quod ad eum modum, ut diximus, prodijt in conspectum sui Principis. Quanquam sane, cum propè & coram constitisset ante regem: uidetur esse attonitus, & timetis prelebat speciem, sed neq;

diu moratus , ad regem trāsijt , erat enim in magno
discrimine . Puto equidem & illum , & eius familiae
res credidisse , hoc ad laudem suam pertinere , quod
rex uisus esset ipsum metuere . Erat quidem aliquan-
to rex timidior , sed iusta & necessaria de causa . Non
ita pridem explicauerat se ab eo bello , quod cum
Galliae Principibus ei intercesserat , quos muneri-
bus & pollicitationibus pacificauerat . Plaricq; cre-
debant , eum timiditate quadam & animi conser-
natione ita sese demittere , quæ causa fuit etiam , ut
quidam non dubitarent ipsum bello deinde lacesse
re : sed infeliciter eis accidit . Nouerat enim exactissi-
mè temporum momenta , sic , ut ausim affirmare ,
menon alium uidisse rebus aduersis prudētiorem .
Verum ut ad institutum redeam , credibile est , ut
dixi , Connestablium hoc spectasse , ut metueretur à
rege . Affirmare quidem nihil uelim , & eò solum
ista commemoro , ut illos , qui Principum nego-
cia tractant , officij commonefaciam . Mihi si quis
esset apud aliquem Principem amicus aut propin-
quus : huic suaserim , ita se comparet , ut diligatur ,
non autem ut metuatur . Nam qui diuersam ratio-
nem ingrediuntur : ut periculum tandem & cala-
mitatem euadant , fieri non potest , eiusq; rei multa
proferre liceat documenta , non ex Gallijs modò ,
uerum etiam ex Hispanijs & Anglia . Ferè autē fit ,
ut qui bonam & fidelem operam præstiterunt : ar-
bitrentur , sibi aliquanto plus , quam alijs licere . Prin-
cipes .

cipes contrà, longe aliter sentiunt, & equius esse du-
cunt, ut qui se ipsorum clientelæ & ministerio tra-
diderunt: officio fungantur. Memini, quo tempore
in hanc sententiam rex mecum loqueretur, (& su-
um nominabat authorem) affirmans fieri aliquan-
do, ut egregiæ operæ minus liberaliter remuneren-
tur, idq; non tam in gratitudine Principum, quam
eorum, qui præstiterunt operam, uitio: dum elati
quadam confidentia, propter rem bene administra-
tam, insolenter & protervè multa faciunt. Aiebat
præterea, fœliciter agi, sua quidem sententia, cum
eo, cui nullo suo magno merito Princeps benefacit:
& ut quis beneficio sit obstrictus Principi, id multò
præstare, quam ut princeps clienti aut famulo alicui
suo multum debeat. eoq; se ingenio esse dicebat, ut
qui sibi ob aliquā beneficentiam deberent: eos plus
diligeret, quam alios, quibus debere se aliquid ipse
putaret. Tam est difficile in omni genere uite, acco-
modare se & ita gerere, ne quid erres. Magnum igit
tur est Dei beneficium, ualere sensu communi, &
iudicio naturali. Sub hoc ferè tempus colloquij in-
ter Regem & Connestablium, Carolus profectus
erat, ut Geldriæ possessionem occuparet, quam ad
se pertinere dicebat. Et quoniam memorabilis ad-
modum est causa, non grauabor eam recitare, ut
potētiā & opera Dei contemplemur. Erat id tem-
poris Geldriæ Dux, Adolphus, adolescens, qui us-
xorem duxerat ex familia Borboniorum. Is horri-

V ij bili&

bili & inaudita quadā audacia patrem suum, de no-
cte, quum esset quieti se datus, acerrima hyeme
ceperat, & per quinque milliaria deductum absque cal-
ceis, in deterrimū carcerem & obscurissimum detru-
serat, in eoqp per sex menses eum detinuit, & hac de-
mum occasione graue fuit excitatum bellum à Du-
ce Clivensi sororio senis captiui, aduersus Adol-
phum. Intercedebat quidem Carolus, ut eos pacifi-
caret, sed frustra. Cumque Pontifex etiam Romanus
& Cæsar tandem sese immiscerent: Carolus, illo-
rum mandato, captiuum Arnoldum ē carcere libe-
rauit. Adolphus enim, quoniam & autoritatem
Pontificis atque Cæsaris, & Caroli quoque potentiam
uerebatur: non audebat ei petenti hoc negare. Vidi
ipse, cum ambo suam causam, non semel, apud Ca-
rolum, in cœtu & concilio multorum hominum di-
sceptarēt. Vidi, quum pater filio deferret duellum;
Carolus, et si cupiebat eos cōponere: magis tamen
erat propensus in filium, cui & Burgundiae præfes-
tituram & Geldriæ possessionem deferebat, uno
tantum excepto oppido, Grauiam uocant, quod est
ad Mosam, Brabantiax uicinum. Illud patri uoluit
seruari, & simul tria florenorum millia quotannis;
& tantundem ex annua pensione, & Geldriæ titu-
lum. Ut eas conditiones Adolpho proponeremus,
mihi fuit cum alijs, me prudentioribus, à Carolo
mandatum. Verum ille respondit, se malle præci-
pitum dare parentem in puteum, & seipsum deinde
eodem

codem coniūcere potius, quam ciusmodi conditio-
nes accipere; Patrem iam præfuisse per totos qua-
draginta quatuor annos: æquum esse, ut tandem
& ad se quoque redeat principatus: ferre se posse, ut
ille quotannis habeat ad tria florenorum millia,
sed ea conditione, ut ex Geldria discedat, nec un-
quam eo reuertatur. Hec & id genus alia multa nos-
bis, parum quidem prudenter, respondit, & accidit
istud, quo tempore rex Ambianum ademit Caro-
lo, qui tum unà cum his duobus, parente & filio,
erat Dorlani, et accepto nuncio de occupato Ambi-
ano, disceptationē hanc intermisit, et Hesdinum se-
secontulit. Adolphus autem, sumpta ueste Galli-
ca, comitatus uno solum famulo, redditurus in Gels-
driam, cum apud Namurcum trañceret flumen,
& pro uectura persolueret, agnitus ab uno & alte-
ro, captiuus Namurcum deductus est, & in carcere
detentus fuit, donec mortuo Carolo, Ganda-
uenses ipsum eriperent, eique bello, quod cum Tor-
nacensibus geregat, præficerent, quo quidem in loco
miserabiliter fuit trucidatus, ultore & vindice
Deo, qui scelus nullum sinit impunitum. Interea
dum filius est in carcere, pater è uita discessit, &
mortiens Carolum instituit hæredem, propter ingratia-
tudinem filij. Hoc iure ac titulo fretus ille, Geldri-
am usurpauit, que tametsi resisteret: non poterat ta-
men sese tueri, & sub imperio permanxit, tam Caro-
li, quam ipsius hæredum, in hunc usque diem, quoad
uisum

uisum furerit summo rerum moderatori Deo. Hæc
per occasionem eò recitaui, ut ostenderem, eius ges-
neris atrocitatem à Deo grauissimè puniri. Caro-
lus, occupata Geldria, factus alacrior, domum re-
dierat, & cepit animum adiçere ad res Germanicæ,
præsertim, cum Cæsar esset demissiori animo,
& ut ne sumptus faceret, quiduis pateretur, quan-
quam alioquin absq; Germaniæ Principum acces-
sione, parum poterat: Producit igitur inducias
cum rege Carolus, ut ea, quæ moliebatur, perfice-
ret. Dehortabantur nōnulli regem, ne pacisceretur
longiores inducias, nec sineret illum ita progre-
& amplificari. Rectè quidē isti & fideliter, sed quod
non haberent satis magnum usum, loquebantur
parum prouide. Verum alius quispiam ex regis fa-
miliaribus, maiori cognitione præditus, & rerum
Germanicarum non imperitus, suadebat, ut omniz
no pacisceretur, eumq; sineret in Germaniam im-
pingere, cuius maximum esset & incredibilerobur:
fore, ut ille uno aliquo oppido capto, uel contro-
uersia aliqua sedata, progressurus sit longius, &
noua semper moliatur: mentem eius inexplibilem
non posse una aliqua refatiari: quò pluribus sit in-
uolutus negotijs, eo semper maiora ipsum uelle ten-
tare: non posse regem commodiū illum ulciscei,
quām ut sinat eum ita progredi, nec significatio-
nem ullam præbeat offensionis: imò certam iniçci-
at spem seruandarum induciarum, & auxiliū quoq;
non-

non nihil præbeat potius, quām ut ipsum auertat ab
instituto; Germaniæ tantas esse vires, ut fieri non
possit, quin eo bello totus atteratur; etiam si Cæsar
non commoueat se; Principes tamen Imperij non
passuros eum longius grassari. Atq[ue] ita quidem ac-
cidit. Cum enim duo quidam contenderent de Ar-
chiepiscopatu Colonensi; Carolus alterius partes
voluti tutari, sperans hac ratione se posse quædam
ijs locis occupare, ideoq[ue] círcumsedit Nouesium,
quod est oppidum ad Rhenum, quinq[ue] milliaribus
infra Coloniam. Vno eodemq[ue] tempore cogitabat
res maximas cōfiscere, sed oneri tandem succubuit.
Eduardus Anglie rex, instigatus ab eo, paratū habe-
bat exercitū. Ut autem hunc in Galliam ille traīces-
ret, ualde studebat, & simul Nouesium circumual-
lauit, quam urbem si cepisset; relicto ibi præsidio,
& in quibusdam alijs locis supra Coloniam, cogita-
bat aduerso Reno penetrare in ditionem Phirten-
sem, quam tum adhuc possidebat, atq[ue] ita per ingēs
spacium in potestate habuisset flumen longe maxi-
mum, in cuius ripa plurimæ sunt insignes urbes, &
castella munitissima, & in Hollandiam usq[ue], ubi in
mare influit Rhenus, iter habuisset patefactum. Et
quoniam induciarum dies, quæ pactæ fuerant in
sex menses, iam cedebat; Rex, ut spacium & ocium
haberet Carolus moliendi aliquid in Germania: cu-
piebat illas extrahi. Carolus autem, quoniam Edu-
ardo regi promiserat auxilia: noluit assentiri. Bel-

Ium hoc Nouesianum non quidem propriè pertinet ad nostrum institutum, neq; coram ipse spectau; sed tamen quoniam alia quædam ex eo dependent, necessario mihi facienda est mentio. Tenebatur oppidum illud firmo præsidio equitum & pedum. Iis præterat frater alterius Episcopi, quem Carolus oppugnabat. Maiores exercitum Carolus ante id tempus non habuit, equitatum præcipue. Nam inter alios accersuerat ex Italia circiter mille cataphractos. Cogitabat enim aliquid in Italia mori, Iis præterat Neapolitanus quidam Comes, Cam pobachius, vir prauo & uitioso ingenio. Deinde, præter copias in sua ditione coactas, habebat circiter tria millia Anglorum, & tormentorum uim maximam, & hunc quidem exercitum instruxerat, ut se cum Anglis coniungeret, qui & ipsi in hoc erant toti, ut primo quoq; tempore essent expediti: sed interuenit ferè longior aliqua mora. Nam reges Angliae nihil tale, nisi conuocatis primis ordinibus, & assentiente populo, suscipiunt, quæ quidem consuetudo ualde mihi laudanda uidetur. Interuenient enim populi uoluntate & assensu, crescit robur & potentia regum, & maior est ipsorum authoritas, & foeliciores progressus. Eduardus igitur conuocato concilio, exponit quid constituisset facere, simul auxilia petit. Angliae consuetudo fert, ut extra ordinem subsidium nullum dent regibus, nisi cum belli gerendi causa, uel in Galliam trahiunt uel in Scotiam

Scotiam proficiscuntur. Tunc enim libentissimis animis auxiliantur, & pecuniam contribuunt, præsertim, cum in Galliam itur. Reges igitur, qui populi naturam & ingenium habent exploratum, quoties cogere uolunt magnam aliquam uim aurum bellum parant in alterutram gentem, & collecta nonnunquam pecunia, quantum satis est in annum, post trimestre copias dimittunt, eamque ratione optimè callebat Eduardus, & non semel usus est illa. Dum paratur in Anglia exercitus, consumitur ferè annus. Eius moræ pertæsus Carolus, ad initium æstatis, Nouesium petit, ea spe & consilio, ut intra paucissimos dies eo bello confecto, & captis in ea regione nonnullis oppidis, perueniret quod uolebat. Mea sic est sententia, ut putem Deum clementer admodum tunc respexisse Galliam. Habet enim Carolus ingentem exercitum, & iam per alios quot annos consueuerat grassari per Galliam, ita quidem, ut prælio nemo cum ipso decertaret. Quanquam hoc prudenter & consultò rex faciebat, propterea quod suas & Galliæ fortunas nollet obijcere periculo, non tam metu Caroli: quam quod populi defectionem uerebat, si forte infeliciter pugnasset. Nam quia populi, maximè uero procerum uoluntatem à se putabat auersam: ea causa fuit, ut quoties bellum à Carolo inferebatur: ipse munitis tantum oppidis & præsidio firmatis sese continebat. Quod siebat, ut & hostes tandem ultrò dilaberentur, &

X ij tur, &

tur, & Gallia, nullo accepto magno detrimento, periculum euaderet. Totum hoc tribui sanè debet prudenter & ingenio regis. Et quanquam hæc ita se habent; tamen si exercitus Anglicus ad constitutum tempus cum Carolo sese coniunxisset; Gallia dubioprocul in maximo fuisset discrimine. Nec enim ante id tempus unq̄ hs uiribus in Galliam pene trarunt Angli. Aderat omnes eius regni proceres, & præter insignem peditatum, circiter mille & quin genti cataphracti, & sagittarij ad quatuordecim millia, lectissimi, & ad prælium omnes idonei milites. Ad hæc, erant ab Eduardo destinati ad tria milia, qui Britannis sese coniungerent. Vidi tum temporis binas literas, quibus Eduardo nunciabat Durfius, uir nobilis è Britannia, Principem suum, fauore & gratia & authoritate, plus perfecturum esse in Gallijs intra mensem unum, quam & Angliae & Burgundiae uires, quantævis magna, intra semestre. Quod si progressio facta fuisset, ut institutum erat, non dubito, quin uerum ille scripsicerit; sed longe secus accidit, ut postea sum dicturus. Eas literas rex deinde grandi pecunia emitæ quodam Eduardī scriba. Nouissij obsidio difficilior erat, & longior opinione. Colonenses enim, quod Caroli potentiam metuerent; singulis mensibus in hoc bellum impendebant centena aureorum millia; & initio foedere cum alijs ad Rhenum positis ciuitatibus, exercitum cogebant, ad quindecim hominum milia, qui

lia, qui tormentis alijsc̄ rebus instructi, positis caſtris ex aduerso Caroli ad Rhenum, impediebant, ne quid aduerso flumine ex Geldria supportaretur ad hostem. Deinde, Fridericus Cæſar, & Imperij Principes, conuocato concilio, decernebant oppiſ danis auxilia. Quod ut facerent, magnopere etiam rex sollicitabat. Itaq; Cæſar & Principes legatum inuicem mittebant ad eum, ex Bauariæ Ducum faſmilia, canonicum quendam Colonensem. Is defiſ ptum adferebat numerum exercitus, quem ipsi deſ creuiffent, modo rex copias quoq; suas coniungez ret. Ille humanissimè excepto legato, & datis literis, ſigillo ſuo conſignatis, promittebat, ſimulatq; cum exercitu Coloniam ipſi ueniffent: confeſtim ſe miſ ſurum eſſe auxilio, uiginti hominum millia. Qua re nunciata, conducitur undiq; miles, dum pecuniam, & quicquid uſui eſſe poterat, omnes Principes ac ordines Imperij ſingillatim conferunt. In eum ap paratum septem fuerunt consumpti menses. Re buſ omnibus instructis, Cæſar non procul à Ca ſolo conſedit, tanto cum exercitu, ut Anglorum & Burgundionum coniunctæ copiæ, uix tertia parte, multorum iudicio, illum adæquarent. Poſiſtis prop̄ Nouesium caſtris: Cæſar, & ſuo & reliquorum Principum nomine, legatum denuò mittit ad regem, ut ſponsioni & pacto ſatisfaciat: niſi fecerit, ſe cum hoſte compositurum eſſe. Rex iniec t ſpe aliqua, & quadringtonis aureis dono datis

X in legaſ

legato, Ioannem Tercelinum illi adiungit, & ad Cæsarem mittit. Ea durante obsidione, de uarijs rebus agebatur. Nam rex magnopere cupiebat uel pacificare Carolum, uel saltem inducias proferre, ne Angli mare traijcerent. Eduardus autem in hoc totus incumbebat, ut Carolum ab obsidione reuocaret, hortatus eum, ut seruaret promissa, & bello Gallico sibi ferret opem: amitti pulcherrimas occasiones, neq; multum idonei temporis superesse. Carolus uero pertinaciter insistebat oppugnationi, & uidebatur ei Deus ademisse mentem. A multis enim annis, & per omnem propè uitam, sollicitauerat Anglos, ut Galliæ bellum facerent, nec ante id tempus unquam impetrare potuit. & nunc, cum à rebus omnibus illi essent paratissimi: cum in Britannia etiam esset coacta non mediocris manus, hec ret obstinate in re summæ difficultatis, & omnino tali, quam perficere non potuit. Miserat autem Romanus Pontifex legatum ad Cæsarem, pacificandi gratia. Danie quoq; rex eò uenerat eadem de causa, nec procul à castris aberat. Quò magis integrum erat Carolo, non iniquis conditionibus pacisci, & summam belli unà cum Anglis in Galliam transferre. Sed aspernatus recta consilia, & leuiter excusans, dicebat se non possedisse negotio: fore alioquin, ut insignem faceret iacturam. Minus prudenter istud quidem & maximo suo cum detrimenso. Nec enim Anglicæ istæ copiæ erant ex eorum numero,

numero, qui bellum aliquando gesserat in Gallijs, sed erant insueti nostrarum rationum, & opus habebant Carolo, militie magistro, saltem per aliquid tempus, & initio. Dum haec geruntur, bello Carolus aliunde lacerat. Nam Lotharingia Dux, qui ante id tempus fuerat amicus; & nuper à morte Nicolai Calabriæ Ducis, priuatim cum eo & familiariter de nonnullis rebus egerat; productis copijs, & adiutus à Cranio, viro nobili Gallo, ditionem eius Lutzemburgicam inuadit, capto & diruto quodam ibi castello, Petrofortum uocant, duobus à Nanceio milliaribus. Ad haec, ciuitatibus aliquot ad Rhenum, quarum è numero sunt Argentina & Basilea, dissidium intercedebat cum Heluetijs, uestrum opera & industria regis composita lite, fœdus in annos decem paciscebantur. Grauiter etiam dissidebat ab Heluetijs Sigismundus Austriacus. Ea quoque controuersia, rege authore, sedata fuit: qui eò spectabat, ut Sigismundus ditionem Pfirtensem, quam acceptis centum aureorum millibus, Carolo oppignorauerat, ad se reciperet. Per eius ditionis quatuor oppida, Heluetij uolebant sibi transitum patere, quo quis tempore. Introducta lis fuit ad Regem: Is causa cognita, secundum Heluetios prouinciauit. His confectis rebus, praefectus Pfirtensis, Petrus Hagebachius, à Carolo constitutus, de nocte capitur ab Heluetijs, & dimissis militibus, circa citer octingentis, quos custodiæ causa secum esse uoluit,

uoluit, Brifacum adductus, quod est infra Basileam oppidum ad Rhenum, capit̄is damnatur. Ab eius interitu, Sigismundus prouinciam illam illico recuperat, & in propinquam Burgundiam Helvetij mox bellum inferunt, & captis ibi castellis aliis quot, ac uastatis agris, domum reuertuntur. Ad hoc tempus exibat induciarum dies, quas, cum frusta rex petiſſet à Carolo produci: Trunceum arcem obsidet, ac paucis horis capit. Postridie me ad eos misit, qui Mondiderij erant in præſidio. Ii rebus omnibus saluis oppido excesserunt. Idem quoq; faciebant, qui erant Roia, quod est in Bellouacis, eō quod auxiliū spem nullam haberent. Nam si fuisset in propinquuo Carolus, non tam facile erant deditiōnem facturi: sed utruncq; deinde oppidum, contrā fidem à nobis datam, exustum fuit. Illinc digressus, Corbiam, quod est inter Peronam & Ambianum, ad Somiam oppidum, obsidet. Erat in eo Contaeus, & alij complures, qui cum aliquot dierum oppugnationem sustinuissent: deditiōne facta, discedebant. Eius etiam oppidi consimilis fuit ac aliorum fortuna. Nam exurebatur totum. In hac rerum difficultate sperabat Rex Carolus ad inducias permoueri posse, ideoq; constituerat exercitum reducere. Sed fœmina quædam mihi non ignota, cuius nomen, quoniam adhuc uiuit, nō edam: datis ad eum literis, hortabatur, ut in Atrebates conuerteret impetum. Et quia locuples erat ea mulier, ac nobili generere

nere nata; Rex consilium eius minime contemnendum esse putabat. Missis igitur copijs, Ammiralio Duce, quicquid inter Abbeuillā & Atrebatum interierat, uastat incendijs. Atrebates diuturnitate pacis insolentiores, militem, cuius præsidio tenebantur, compellunt eruptionem facere. Illi ad eum modum electi: cum multitudine & numero essent inferiores, interfecti sunt plerique, captis aliquot ipsis rum ducibus. In his fuit Iacobus Connestablij frater, & Contæus, & alij quidam propinqui eius fœminæ, quæ regem ad hoc bellum incitauerat. Quæ licet & ipsa in hac communi calamitate, detrimentum, quod fieri necesse erat, accepisset: liberaliter tamen remunerata fuit. Factum hoc ad ipsius laudem minime pertinet. Nec enim fide aut beneficio erat obstricta, ut id faceret. Rex Legatum miserat eum, de quo diximus, Tercelinum, ad Cæsarem, orans, ne pacisceretur cum Carolo, & simul excusans, quod ad constitutum diem auxilia promissa non mississet, affirmabat se primo quoque tempore missurum: non se interea fuisse ociosum, & hosti non uno in loco bellū intulisse: rogare se, ne separatim alter absq; alterius assensu & uoluntate cum illo pacificetur, & ut ea res iure iurando sanciatur: recte facturum Cæsarem, si prouincias Caroli omnes, quæ sub clientela sint Imperij, occupet: idem se de Flandria, & Artesia, & Burgundia, quæ ad Gallias cum imperium pertineant, facturum esse. Cæsar, tas

Y metſi

metsi parum erat animosus Princeps: ingenio tamen ualebat, & quoniam grandi erat ætate: longo rerū usu plurima cognouit, deinde, assueuerat iam nostris actionibus, & tædebat eum bellī, tametsi nulla magna ipsius impensa fieret. Principes enim omnes, collatis auxilijs, sumptum pro se quisq; sanguinatim faciebant, ut fieri solet in rebus, ad Imperij salutem pertinentibus. Acceptis Legati nostri mandatis: Fuit, non procul, inquit ille, à quadam urbe Germaniae, ingens aliquando ursus, qui totam vicinam regionem multum infestabat. Eius oppidi tres quidam iuuenes ueniunt, ut consueuerant, ad cauponem, rogan prandium sibi præberi: fore, ut intra biduum persoluant omne debitum, sese capturos ursum illum uastatorem: eius pellem magnō posse uendi, & futurum, ut aliquo præterea munere cohonestentur à ciuibus, ob interemptam bestiam, quæ tantum dederit damni. Caupo conditio nem accipit, pransi contendunt ad latibulum feræ, in quam, quum opinione citius incidunt: perterriti subito occursu, in fugā abeunt. Ex ipsis in arbore unus concendit, alius ad urbem, quantum potest, fugit, tertium ursus comprehendit, & prostratum pedibus conculcat, rictum deinde proprius ad aurem admouet. Interea miser ille mortui praebet speciem & hominis exanimati. Ea enim est ursi natura, ut si, quod cepit animal, mortuum esse putet: non infestet amplius. Itaque cum & istum crederet ex

ret extinctum: relinquit, inq speluncam redit. Ille tandem ubi cōsurrexit, urbem petit. Qui in arborē confugerat, in columem illum esse uidens, accurrit, & ualde cupide rogit, quid in aurem immurmuras? set belua: Hoc, inquit ille, mihi p̄ceptum dedit, ne quam ursi pellem deinceps uendam, nisi capta pri-
mum fera. Præter hanc fabulam, nihil tum aliud Le gato respondit, obliquè significans Regi, ut cum exercitu, quem promiserat, ueniret, atq̄ coniunctis viribus hostem, si possent, caperent, ac ipsius deins facultates inter se partirentur. Suprà dixi, quem admodum Iacobus Connestablij frater, cum alijs nonnullis, apud Atrebates captus fuit. Eam rem grauiter tulit Connestablius: uerum nulla uenit so la calamitas. Hoc enim ipso tempore, captus etiam fuit eius filius, Comes Rossius, Burgundiae præf-
ctus, & simul e uita decessit uxor, quæ soror erat Re-
ginæ: quod in his acerbitatibus unicum esse potes-
tat subsidium. Nam quæ Bouilli facta fuit in eum conspiratio, non intermittebatur, & ille, cognita re,
sicut diximus, ualde sibi metuebat, neq; iam dubi-
tabat, quin regem haberet uehementer iratum &
offensum. Aberant non procul à Sanctoquintino
Comes Dammartinus, & alij multi, cum mediocri
equitatu. Ille igitur, metu periculi, continebat se
in oppido, cum trecentis circiter peditibus, quos è
sua ditione coegerat. Cataphractis enim suis, eo
quod alebantur à rege, nihil magnopere confide-

Y ij bat.

bat. Sed interea Rex eum urgebat crebris nuncijs, ut adducto equitatu in fines Hannoniæ, quo tempore Ammirallius incendio uastabat Atrebates? circumuallaret Auennium. Paruit quidem ille, sed ualde timide, cumq; per paucos admodum dies ibi substitisset, multis circum se dispositis stipatoribus: domum rediit, & missò ad regem nuncio, purgandi sui causa, dicebat, certiorem se factum esse, Regem summisissime duos, qui se caperent, atq; ita loquebantur uerisimiliter, ut parum abesset, quin ex his duobus alter in suspicionem ueniret, extulisse aliquid ad illum, quod tacitum & occultum esse debebat. Dum hæc geruntur, frequenter mittit ad Carolum, eo, nisi fallor, consilio, ut ab obsidione ipsum reuocaret, Iis reuersis, nunciabat ferè aliquid regi, quod sciebat ei futurū esse non ingratum, & simul, quam obrem eò misisset, exponebat, arbitratus hac uia se posse illum flectere ac mitigare. nonnunquam etiam, ut metum aliquem iniiceret, significabat res Caroli nō malo esse loco. Sic enim timebat sibi à uis et insidijs, ut Caroli sollicitaret, quò fratrem suum, Iacobum, qui tum ante Nouesium erat, cum alijs nonnullis, ad se quam primum mitteret, iniecta spe, & promissione facta, Sancto quintinum se patefacturum illis esse. Quò postea quam illi uenissent, fidem eius atq; pollicitationem secuti, ipse mutata sententia, diuersum renunciabat. & hoc quidem ter accidit. Quicquid est huius rei; à multis fide dignis, præcipue

præcipue autem ab ipso, de quo loquor, Connestas
blj fratre cognoui, qui captiuus in Galliam addu-
ctus, in hunc modum recitabat Regi, præter me, ne-
mine præsente: & quoniam liberaliter ad ea, quæ
rex perconctabatur, respondit, commodè hoc ei ac-
cidit. Interrogatus, quantas habuisset copias, quo
tempore cogitabat in oppidum peruenire: ait, se
tertiō habuisse ad tria millia. Deinde, an occupata
urbe, fratris suisset secuturus parteis? respondit,
primo quidem atq; secundo se illuc uenisse, quòd
subsidiū ei ferret: Postremo autem, quòd animad-
uerteret, Principem suum & se quoq; ab illo ludisi-
cari: si tum in oppidum fuisset admissus: Carolo se
fuisse illud seruaturum: non se quidem uim ullam
facturū, sed inuitio illo fuisse ibi cōmoraturum. Ab
eo colloquio rex illū ē carcere dimisit, & suæ familię
adscriptis, & in magno habuit honore, propterea,
quòd ingenuè & prudenter responderat. Per occa-
sionem obsidionis Nouesianæ sum delapsus ad a-
lia, quæ quoniam in idem ferè tempus inciderunt,
præterire non licuit. Durauit enim ea obsidio to-
tum annum, & ut eam solueret, duæ potissimum
res Carolum impellebant, primum: motum à rege
in Picardia bellum, exustis aliquot oppidis, & A-
trebatum agris uastatis: Deinde, Anglicanus ex-
ercitus, ipso authore conscriptus. Nam Eduardus,
& qui erant cum eo Proceres, admòdum irati Caro-
lo, propter interiectā moram, quum precibus nihil

Y iij profis

proficerent, & sumptus ingentes faceret, & rei benē gerendæ dilaberentur occasiones: ceperunt etiam comminari. Carolus autem ad suam existimationem & laudem magnopere pertinere putabat, obsideri à se tam longo tempore oppidum, in aspectu tantæ multitudinis hostium, à quibus cogi non posset, ut illinc discederet. Verum ista gloriola magnō ei constitit. Nam qui fœliciter bellum gerit: ad eum redit omnis honos rerum gestarum. Pontificij Legati intercessione, pax tandem facta fuit, ea conditione, ut Legatus in oppidi possessionem immissus, teneret illud, quoad Pontificis & Cardinalium auctoritate aliquid statueretur. In quanta uero sollicitudine, & cogitationum acerbitatibus, credibile est Carolum tunc fuisse, quum & bellum sibi uideret inferri à rege, & interminaciones audiret Anglorum, qui socij erant & confoederati, et oppidum obstinata circumuallatum uideret in eas angustias adductum esse, ut intra paucissimos dies, inopia rerum omnium, ad ditionem cogi posset: Nam è Ducibus unus, qui circumfessus ibi fuerat: quem in suam deinde familiam rex adiunxit; recitauit alio quādo nobis, cū ab eo discederet Carolus, potuisse capi intra decimum diem. His igitur de causis, ut diximus, obsidiōem soluit. Interea Eduardus proficisciatur Daruernum, oppidum maritimum, ut traiesco mari, Caletos perueniret. Quantus fuerit exercitus, & quam instructus, anteā diximus. Quæcum ita sint:

ita sint: credibile est, Deum conturbasse mentem Carolo, ut hac omnium pulcherrima relicta occasione conficiendi belli Gallici, pertinaciter inhäret oppugnationi difficillimè, & tempus tereret, Habant enim Angli in re militari opus ipso, tanquam præmonstratore. Nam quo primum tempore in nostros fines perueniunt: ualde sunt impediti, & minus idonei, sed breui tempore magnum usum armorum sibi comparant. Ille uero non modò non formabat eos ad nostrum militiae genus, quod in primis erat necessarium, si modò uellet uti aliqua ipsorum insigni opera: uerum etiam sua constatione & pertinacia hoc effecit, ut administrandi belli amitteret propemodum occasiones. Deinde sic erat ipsius exercitus attenuatus, ut exhibere illum Anglis & repræsentare non auderet. Nam ex diuturna illa obsidione desiderabat ad quatuor millia lectissimorum militum. Atq[ue] ita uidere licet, quemadmodum fatali quodam malo, consilia sua & actiones omneis, uidens atq[ue] sciens & prudens instituerit in suā ipse perniciem. Eratum Eduardus Daruerni, & quò facilius trañceret: misit ei Carolus è Zelādia circiter quingentas naues, idoneas transportandis equis. Verum, & si hoc adminiculum haberet à Carolo, & licet magna diligentia rebus omnibus ipse prouideret: tamen inter eum portum & Caletos treis hebdomadas nauigatione consumpsit, cum sit interuallum septem duntaxat milliarium. Quò magis uis

gis uideri potest, quām sit Anglis difficile, in Galliā
am trāscere exercitū. Quod si rex maritimam ra-
tionem belli tām bene cognitam habuisset quām
terrestrem; absq; negocio, traiectu interclusisset il-
lum, & aditū prohibuisset, eo præsertim anni tem-
pore: sed nec ipse intelligebat, nec etiam illi, quibus
administrationem belli commiserat. Eduardus, an-
tequam Daruerno proficiseretur: datis ad regem
literis, bellum ei denunciabat. Earum literarū, quæ
sane perquām eleganter sermone Gallico fuerunt
conscriptæ, hæc erat summa: Ut Galliæ possessio-
nem, quæ iure ad se pertineat, sibi reddat, quò nobis
litatem & ordinem Ecclesiasticum, pristino iuri &
libertati restituat: Id si non impetrat, earum calamī-
tatum, quæ postea sint ex hac iniuria nascituræ, cul-
pam à se remouebat: Quæ quidem contestationis
formula est usitata Principibus, dum alter alterius
hostem se profitetur. Rex, ubi solus eas literas legis-
get: in uestiarium se recipit: & accessito fœciali, inci-
pit, Sibi certò constare, Eduardum non sua sponte,
sed impulsum à Carolo & multitudine, huc descen-
disse: iam magnam æstatis præteriisse partem: Ca-
rolum ex diuturna obsidione fractū habere exerci-
tum, & rebus omnibus necessarijs carere: de Con-
nestablio se non dubitare, quin is cum Eduardo
communicarit consilia, propter eam, quæ sit inter
ipsos affinitatem: sed nihil ei fidendum esse: quod
suo exemplo cognosci possit, qui sit præclare de ip-
so meo

so meritus: illum uero perpetua quadam uti simus
latione, & ad suas commoditates omnia referre. In
eam sententiam ubi multa dixisset, dabat illi trecen-
tos aureos, & si pacificaretur, promittebat mille: pa-
lam uero iussit ei dari triginta ulnas preciosissimi
panni serici. Foecialis ad ea respondit, se, quicquid
ad pacem ullo modo conferre possit, libenter esse fa-
cturum: existimare se regem Eduardum non fore
difficilem, aut nimis durum: sed eius rei non esse ul-
lam faciendam mentionem, prius, quam exercitus
mare traiecerit: Tunc statim mittendum esse nunci-
um, qui tutum iter legatis impetrat: Hunc simul
atq; uenerit in Anglorum castra, iubet ad Hauar-
tum, qui magnæ sit apud Eduardum authoritatís,
accedere, seq; illi in eo adiutorem fore profitetur.
Dum rex priuatim ei loquitur, multi foris expecta-
bant, ut quo esset uultu, aut quid diceret, uiderent,
Ille me statim accersit, iubet, ut interea, dum com-
parantur, qui nuncium deducant, familiariter cum
ipso colloquar, eo consilio, ne quis aliis interpellas-
ret. Post hæc, paucis quibusdam euocatis, incipit
loqui de literis, easq; recitari iubet, nec ullum dabat
offensionis signum. Nam foecialis ille sermo ipsum
recreauerat. Hoc loco mihi digrediendum est ad
Connestablium. Is quod Carolum Iudificauerat,
deçp spe recuperandi Sanctoquintini deiecerat: in
maximo uersabatur metu: De Regis immutata er-
ga se uoluntate, nihil etiam dubitabat, præsertim,

Z cum

cum è suis familiaribus ad illum nonnulli iam trans
iissent. Veruntamen ex ijs alter, Mouius, commea-
bat inter utroq; & mandato regis illum ad collo-
cutionem euocabat. Connestablius ait non se recu-
fare, si Rex interposito solenni iureiurando, quod
super cruce sancti Lupi Andegauensis facere con-
suevit, fidem sibi præstaret. Vt autem ad eam iuris-
iurandi formulam rex descenderet; omnino se fa-
cturum esse negabat, sed paratus erat quacunq; alia
ratione ipsi cauere. Certe, si quis intueatur omnia
propius, comperiet miserabilem esse uitæ nostræ
conditionem, qui tantis laboribus, uigilijs, curis &
acerbis cogitationibus nos defatigamus ipsi & af-
fligimus. Erant hi duo in magna sollicitudine, &
crebri mittebantur utrinq; nunci. Sed non minus
interea laborabant Eduardus & Carolus. Nam &
illius ad Caletos traiectus, & huius cum Cæsare pa-
cificatio, in idem propè tēpus incidit. Carolus, obsi-
dionerelicta, paruo comitatū ad Eduardum profi-
ciscitur: reliquum exercitum in Lotharingiam &
Barensem ditionem mittit, ut ibi uastatis agris, nō
nihil sese reficerent. Parum sane prudenter hoc ab-
eo fiebat. Angli enim expectabant, ut ille cum ma-
xima manu sese coniungeret ipsis. Nam quò magis
accelerarent, & citius mare trajecterent, hoc eis pro-
misera: nec id modo, uerū etiam nunciauerat se tri-
mestre citius, quām alioqui facturus fuerit, bellum
regi intulisse, ut ipsi, postea quām in Galliam uenis-
sent, rex

sent, recentes ac integri, defatigatum reperirent horum & attenuatum. Digressi ambo Caletis, & per Boloniam facto itinere, Peronam ueniunt, quo in loco minus amicè Carolus illos excepit. Nam & portis adhibuit custodias, & in oppidum eos, nisi exiguis cohortibus, non admisit. Dum hic moratur, mittit ad eum Connestablius, purgandi sui causa: quòd Sanctoquintinum ad diem non tradidisset, consulto factum abs se: nam alioquin omnem se fuisse rationem amissurum, & occasionem agendi aliquid præterea; nullam deinceps autoritatem, nullam se habiturum in Gallijs fuisse facultatem communicandi consilia: Nunc uero, quandoquisdem in propinquo sit Eduardus: facturum se quidvis. Et quòd maiorem faceret fidem, per eundem Legatum dat literas ad Eduardum in hanc sententiam, ut ijs, quæ Carolus ipsi nomine suo dicturus esset, fidem haberet. Alijs deinde literis Carolo promittebat opem, quouis in bello, nec ipsi tantum, sed omnibus etiam confederatis atq; sociis: Acceptam epistolam Carolus Eduardo reddit, & quid ille nunciasset, recitat & aliquantò plenius quam res erat, exponit. Nam & Sanctoquintinum, & alia multa se recuperaturum esse illius opera confirmabat. Eduardo facile persuasum fuit, quoniam & sororius erat Connestablij, neq; illum credebat tam fore temerarium & imprudentem, ut in ijs angustijs positus, quod sibi, quod Carolo promisisset,

Z ij non

non seruaret: Idem quoque sentiebat Carolus. Ves-
rum necess metu regis, necess ulla re alia potuit ille im-
pell*i*, ut satisfaceret promiss*o*: & ex us*u* rerum sua-
rum esse putabat, ut pro consuetudine sua caut*e* ac
simulat*e* ageret, existimans, inuenit*i* semper *a* se pos-
se rationes non malas, quibus illi placati, paterentur
se duci. Eduardus autem, eiusque familiaries, quia
nostrarum rerum erant imperitiores, non tam facile
senserunt dolum. Angli enim omnes, i*n* prae*s*ertim,
qui non sunt apud exteros peregrinati, ualde sunt
bilio*s*: quod proprium est omnibus ad septentrionem
pertinentibus populis. Galli uero, quoniam
positi sunt in regione ben*e* temperata, cincti Hispa-
nijs & Italia & Anglia & Germania, medium quid*e*
dam obtinent, necess prae*cip*ites, necess nimium etiam
tardi, aut remiss*o*. Exhilaratus igitur his Connestablij
literis et mandatis Eduardus, tamets*i* iam antea
poterat aliquid odorari: un*a* cum Carolo digressus
Perona, proficisci*t*ur Sanctoquintinum. Aliquot
illius cohortes, quasi certa & explorata oppidanoru*m*
amicitia, laeti pre*c*urrunt, sed prop*ri* inquieres facti,
tormentis excipiuntur, & desideratis nonnullis, co*el*
lo multum pluuiio & incommode, regrediuntur ad
suos, uehementer irati Connestablio, quem & pro*te*
ditionis insimulabant. Postero die, Carolus abi-
tionem parat. Quae res magnopere contra opinio*n*
em Anglis accidit, e*o* quod author ipsis fuerat, ut
mare trajcerent. Cogitabat autem ad exercitum su-
um, qui

um, qui Lotharingiam uastabat, proficisci, multa
se facturum esse promittens, quæ sint ex ipsorum u/
su. Verum Angli, cum alioqui suspicionibus indul-
geant, & quod essent planè hospites in ea regione,
grauiter admodum tulerunt hunc illius discessum,
nec persuadere sibi poterant, ipsum habere ullum
coactum exercitum. Præterea factum illud Conne-
stabilij impatientissime ferebat, & Caroli satisfactio-
nem, qui multis de causis illud accidisse diceret,
nullo modo accipiebant, & quoniam hyems sub-
erat: pacem potius quam bellum spectabant. In hoc
ipso temporis uestigio, dum Carolus abitionem
parat, adolescens quidam Gallus capitur ab An-
glis: Adductus ad Eduardum & ad Carolum, cui
scodiæ mandatur. Carolus illinc digressus, Braban-
tiam petit, ubi partem aliquam habebat copiarum.
Adolescētem, eò quod primus erat, quem ex hosti-
bus cepissent: Eduardus dimitti iubet. Is, cuius an-
tea meminimus, Hauartus, abeunti dat aureum
nummum, simul mandat, ut suo nomine regem Lu-
douicum, si conueniendi facultas detur, salutet. Ille
celeriter profectus, Regi, qui tum erat Compendij,
mandatum exponit. Rex initio ueritus explorato-
rem aliquem esse, quod ipsius heri fratrem intelli-
geret apud Britannum esse in authoritate: iubet ar-
cè custodiri: sed tamen ipsius mandato multi com-
pellabant eū, ut certi aliquid cognoscerent. Iis om-
nibus uidebatur, nihil subesse dolí, & audiendum

Z iii esse.

esse. Postridie, mane, rex ei denuo loquitur, & uinculis quidem expediri: sed tamen seruari præcipit. Cum uentum est ad prandium: diu multumq[ue] secum deliberat, num sit in Anglorum castra quempiam missurus: & antequam assideret, secreto mihi quædam dicebat. Venit ei in mentem, quod Angliae fœcialis nuper dixerat, ut simulatq[ue] mare traiescisset Eduardus: ilicò mitteret aliquem eō, qui per Hauartum sit habiturus aditum. Vbi confedit, & aliquandiu pro suo more cogitasset: iubet, ut surgam (sic enim ferebat eius cōsuetudo, ut semper alii quos mensa sua dignaretur) & in cubiculo prandeam, simul adolescentem quendam nominat: huic ut quacunq[ue] ratione persuadeam, iubet, uti publicus nuncius Anglorum exercitum adeat. Eo accessito adolescente, mirabar, quid rex sibi uellet. Nam nec corporis figura, nec animo mihi uidebatur ad eā rem idoneus: sed fallebar. Necenim ingenio carebat, et erat in eius sermone blanda quedā suauitas, ut postea cognoui. Rex, cū semel tantum ei locutus esset, hoc statim in eo deprehenderat. Vbi quid uellem, exposuissem: ita fuit attonitus, ut ad pedes projectus deprecaretur, non secus ac si in præsentia uitæ discrimine positus esset. Confirmabam eum, quibus potui ratiōibus, & magna pollicebar, & ut magis auderet, dicebā ab Anglis hoc emanasse, ut mitteretur alius: Eramus omnino soli, & inter prandendum, quid fieri oporteret, edoceo. Paulus post

pōst euocor à rege: quid egissem, expono, simul alios, qui mihi uidebantur magis idonei, profero; sed ipse hunc unum præferebat omnibus. Tandem in cœnaculum meum uenit, comitatus uno solum famulo, & locutus adolescenti, paucis uerbis magis eum excitabat, quam ego sermone prolixo. Cumq; pauorem omnem & dubitationem ab illo expulisset; iubet illico uestem consuī, cuiusmodi Fœciales uti solent. Eius enim generis nulla tum erat parata, quod Rex in ijs rebus minime erat ambitiosus. Ea ueste secreto confecta; clām adducitur equus, in manticam imponitur uestis, & propinquior factus Anglorum castris, iubetur eam circumferre palām. Quū eò peruenit, sūstītur, & ad Eduardī tabernaculum adducitur. Interrogatus, quid uellet: à Galliarum Regē se missum esse dicebat ad Eduardum, & iniunctum sibi, ut per Hauartum adiret. Pransus, ad Eduardum reducitur. Ibi mandatis expositis, ait Principem suum cupere modis omnibus, firmam & perpetuam inter Anglos & Gallos amicitiam intercedere: Id facile ex eo posse intelligi, quod interea, dum apud Gallos imperium obtineat, nihil unquam aduersus Angliam sit molitus: Quod à Comite Beruicensi fuerit non alienus, illud odio Caroli tantum fuisse factū: à quo nunc sit accersitus & impulsus Eduardus ad hoc bellum, non alia de causa, quam ut ipse adiutus opinione foederis & societatis Anglicæ, maiora consequatur in Gallijs, & ampliori

pliori suo commodo pacificatur. Si qui alij bellum
furdeant, eos hoc solum spectare, ut priuatis suis ra-
tionibus consulant: de salute Angliae nihil magnos
pere sollicitos esse; iam impendere hyemem: non
dubium esse, quin magnos in hoc bellum sumptus
fecerit: & quanquam in Anglia complures bellum
cupiant: tamen, si pacis mentionem non excludat,
Ludouicum Regem non esse defuturum officio,
qui & Legatos ad ipsum ea de re sit missurus, modo
id sine periculo liceat: aut si malit aliquem locum
medium utriusq; legatorum colloquio deligere,
futurum id Regi nō ingratum. Iis cognitis postula-
tis, Eduardus eiusq; familiares, re deliberata, com-
probant eam sententia: & dato uiatico, literis de pe-
riculo cauent uenturis legatis, simul nunciū in Gal-
liā mittunt, qui suis idem impetrent. Data utrīq; fi-
de, Rex inter alios Amirallium mittit, Anglicæ Le-
gatiōis princeps erat Hauartus. Hi postridie apud
Ambianum conueniunt. Videatur alicui fortasse,
Regem nimium se demississe: uerum qui iudicio
præditisunt, ex ijs, quæ suprà demonstrauimus, ui-
dent, in quanto fuerit tum Gallia discriminē, nisi
Deus illam eripuisse: qui & Regi author fuit haud
dubiè optimi consilij, & Caroli mentem ita contur-
bauit, ut ea sequeretur consilia, quæ summum ei
detrimentum attulerunt. Sparsa tum erant per Gal-
liam multa dissensionum semina, quæ tametsi tege-
bantur adhuc, erant tamen eruptura breui pōst tem-
pore,

pore, nisi Rex in herbis illa necasset. Ex Britannia
potissimum ingens quædam tempestas nobis im-
pendebat: quo ma gis credo, Deum singulariter &
unice, tunc respexit Galliam.

PHILIPPI COMINAE I

commentariorum Liber Sextus.

POstridiè quam noster Fœcialis redierat: Legati, ut diximus, constituto loco conueniunt. Inter utrosque exercitus interuallum erat quatuor milliarium. Vbi cōditiones aliquot nostri proposuissent: Angli pro sua perpetua consuetudine, petebant omnem Galliam, aut saltem Normanniæ & Aquitaniæ partem sibi reddi. Id uero nostri obstinatè negabāt; & quanquam in eo conuenire inter ipsos non poterat, tamen, quoniam pacis erant utrinque cupidi: perfectum aliquid fuit. Ipsorum hæc tandem fuerunt postulata, primum, ut Rex Eduardo statim dependeret septuaginta duo aureorum millia: deinde, ut ipsius filius Carolus, qui nunc rerum potitur (Delphinum Galli uocant) uxorem duceret natu maiorem Eduardi filiam: Ad hæc, ut in educationem filiæ rex aut certam Aquitaniæ partem daret: aut per annos novem quinquaginta aureorum millia quotannis per a solueret

soluteret Londini: quibus annis elapsis, illi perfecto matrimonio, fructibus omnibus Aquitaniæ, sine contentione utantur fruantur. Alia quedam humiliora, quæ ad mercatorum negotia pertinent, de quibus etiam agitatum ibi fuit, nihil attinet commemorare. Postremo, ut per annos nouem firma sit pacificatio, & ut socios quisç suos in ea comprehendat, & in his Carolum etiam atq; Britannum, modo uelint asscribi. Ex altera parte, Eduardus ultero deferebat (quod in primis mirum uideri potest) se patefacturum esse Regi quosdam Galliæ proditoris. Cum ex Legatis, quid illi peterent, Rex cognovit: conuocato concilio, cui & ipse intereram, deliberat. Nonnulli putabant eos agere insidiosè: Rex autem longe aliter sentiebat, his potissimum de causis, quod imminentे iam hyeme, non possent quicquam magni efficere: quod receptaculum nullum haberent: quod à Carolo male essent accepti, & iustissimas haberent in eum offensionis causas: quod Connestablius non esset ipsis locum ullum munatum, in quem se recipiant, daturus: idq; sibi constare dicebat, quod frequentes ad eum mitteret nuncios. Deinde, non nesciebat, Eduardum delicijs & officio deditum esse. Quocirca decreuit eam pecuniam oportere persolui, & eius corrogandę statim initæ sunt rationes, & singuli conferebamus aliquid, pro suis quisç facultatibus, ut absq; mora dependetur. Hæc enim erat sententia Regis, ut diceret, se nihil

nihil non esse facturum, quod domum illi redirent: non se pastrum tamen, ut possessiones ulla in Gal
lijs obtineant: & potius quam hoc ferat, extrema se
omnia tentaturum. Connestablius interea, quod
perpetuo metueret illam contra se factam Bouilli
conspirationem; in maxima erat sollicitudine, quæ
causa fuit, ut crebris nuncij Regem interpellaret.
Et dum hæc agitantur, mittit Ludouicum Creuili-
um, honesto loco natum, & unum è scribis, Ioan-
nem Richerium. Hi Bocagio & mihi, iussu Regis,
quid uellent, exponunt. Forte aderat eo die Con-
taeus, qui cum esset apud Atrebatum captus, ut su-
præ diximus, fide militari subinde ueniebat ad Re-
gem: & si pacem conficeret, pro sua, qua ualebat a
pud Carolum authoritate, promittebat ei rex liber-
tatem absq; precio, & magnam præterea uim pecu-
niae. Auditurus igitur Connestablij Legatos, Con-
taum intra cubiculi fores collocat, meq; illi adiun-
git, ut legatorum orationem Carolo recitaret. Atq;
ut plenius intelligeremus omnia; sellam suam iubet
deferrri proxime ad fores, intra quas eramus abditi.
Illi incipiunt: à Connestablio se missos nuper fuis-
se ad Carolum, ut ab Anglorum societate ipsum as-
uerterent: Illum autem uehementissime tunc ira-
sum fuisse Eduardo, & minimum abfuisse, quin ei
persuaderetur, ut nō modo desereret, uerum etiam,
ut cum exercitu discedentem inuaderet. Dum hæc
illi recitant: simul student, quod magis Regi gratifiz-
a ij carentur,

carentur, Caroli uocem & gestus repræsentare, quibus ille concitatus ad iram, uti consueuit: ac inter alia dicebant, eum nominasse Eduardum, sagittarij cuiusdam filium, & id genus alia multa. Rex in rizsum solitus, ait se grauius audire: rogat igitur, ut ea quæ dixissent, repeterent. Creuilius magno quodam affectu rursus omnia commemorat. Contæus, qui unâ mecum post fores latebat, ualde mirabatur, & nisi coram ipse audisset: nulli fidem habiturus erat, Mandatorum hęc erat summa: suadere se regi, ut periculi uitandi gratia, in quo esset, pacisceretur cum Anglis inducias: Connestablium in ea re fore adiutorem, neç dubitare, quin sit perfecturus. & quò facilius persuadeatur Anglis: uideri Connestablio, recte facturum esse Regem, si unum & alterum oppidulum illis det hyemandi causa. Sciebat Anglos inimico esse in se animo, propter acceptam contumeliam apud Sanctoquintinum: & ut eos placaret, ideo ad hunc modum loquebatur. Rex, cui satis erat sustinuisse personam, & hoc perfecisse, ut Contæus illorum orationem intelligeret: hoc solum respondit, se cum Eduardo acturum esse, atq; ita dimisit Legatos, è quibus alter, fidem Regi dabant, interposito iure iurando, si quid ullo tempore sentiret, quod ad ipsum pertineret, se patefacturum esse. Regi ualde molestum erat & graue, non respondere aliiquid ad eam sermonis partem, qua illi suadebant, Anglos in oppida recipiendos esse: uerum

rum quod metueret, ne Connestablius aliquid grazius admitteret: ita respōsum temperauit, ne quod offenditionis signum illi deprehenderēt; simul ē suis aliquotad illum crebro mittebat. Nam propter modicum interuallum, paucis horis alter de altero cognoscebant. Contæus impatientissime tulit, principem suum, à legatis, qui tenuis essent conditionis homines, ad eum modum ludificari, pr̄sertim, cum in hoc tempore Connestablius magnum simularet amorem, & cum Carolo de uarijs rebus agitaret, eiq; spem ingentem faceret. Itaq; nihil magis optabant, quam ut primo quoq; tempore, domum reuersus, Carolo rem omnem exponeret. Cum igitur perfecto negocio, cuius causa uenerat, discederet: Rex datis ad Carolum literis, petit, ut ijs, que dictus esset Contæus, fidem haberet. Præter alia, de quibus inter Regis & Eduardilegatos conuenerat, hoc etiam fuit constitutum: ut ad collocutionem ipsimet Reges uenirent, ac iureiurando pactiones confirmarent: ut Eduardus accepta pecunia, quam petebat, obsides daret duos proceres, & alterum ex ijs Hauartum, qui in Gallijs essent, donec ille cum exercitu mare traieciisset. Anglię quoq; primoribus Rex promittebat annuam pensionem, ad sedecim aureorum millia, & ea pecunia statim persoluta fuit in primum annum, & uasa multa argentea dono illici data. His rebus cognitis, Carolus, qui tum Luxenburgi erat, magna celeritate contendit ad Edus

a iii ardum,

ardum, sedecim comitatus equis. Vbi uidisset Eduardus, miratur quid sit, rogit quamobrem uenerit. Carolus ait se uelle colloqui: tum ille, priuatim ne, an palam: Ibi Carolus rogat, an pacem fecerit: Ille respondit, se pactum esse nouem annorum industias, in quibus & ipse, modo uelit, sit comprehensus: rogare se, ut assentiretur. Carolus cœpit indignè ferre, & stomachari, & Anglicè locutus, exponit, quanta fuerit ipsius maiorum, Angliae regum uirtus, qui exercitu in Galliam sæpe traieクト, præclare ibi multa fecerint, cum ingenti ipsorum gloria: passificationem hanc esse uehementer indignam & abiectam: se quidem fuisse illi authorem, ut mare transiret, non quod ipsius haberet opus auxilijs, uerum ut hac ratione, uetus patrimonium eius, quod ad ipsum, quod ad Angliae Reges à plurimis nunc annis pertineat, recuperaret. Et quò magis constet, quam facile carere possit eius adminiculo, non se facturum esse inducias cum Rege, nisi tribus mensibus post ipsius in Angliam traiectum. Hæc locutus abiit. Eduardus, & qui erant cum eo, sermonem hunc grauiter tulerunt: alij, quibus ea compositio displicuit, laudabant. Sicut constitutum erat, Eduardus propius Ambianum accedit. Rex è porta urbis prospiciebat aduenientes copias: Ilico trecenta plaustra generosissimi uini dono mittit. Et quoniā am induciae erant: illi sub armis magno numero in urbem ueniunt. Quod si Rex insidiose uoluisset ali quid

quid moliri: facile poterat eos opprimere, sed alio spectabat. Mensas duas longiores iusserathinc inde per viam disponi, ad introitum urbis, prope portam, ijs cibis, qui sitim prouocant, optimisq; uinis instructas: simul ad eas collocauit è nobilitate quosdam præpingues, & bene curata cute nitidos, qui comiter illos exciperent, & ad compotationem invitarent. Ad hunc modum in ipso propè limine excepti, ac deinde longius in oppidum progressi, quo cunctq; diuerterent, lautissime per quadriduum habitu fuerunt, sumptu regis. Interea Connestablius, qui pactionem hanc indigne ferret, non minus quam Carolus: conscientia facinoris instigatus, è sacrificis quendam mittit ad Eduardum, ac magnopere hortatur, ne Regis orationi, & promissis fidem habeat: sed hybernis unum & alterum oppidum, que dicebat nominatim, sumat, ijsq; sit contentus: Intra bimestre, sua diligentia & opera, longe commodius ei paratum fore hospitium. Hæc ille quidem oblique & dubitanter, sed tamen ample & prolixe. Et ne qua maiori necessitate coactus Eduardus, indignum aliquid admitteret: promitterebat mutuo dare ad quinquaginta aureorum millia, multaq; alia eius generis nunciabat. Regem antea fuerat hortatus, ut Anglis illa, de quibus diximus, oppida per hyemem daret. Ea res quoniam ad Eduardum emanauit: Rex, ne qua parte offenderet, iam illa tradiderat. Eduardus respondit, se pactum esse inducias,

nec

nec uelle quicquam immutare : quòd si fidem ille
sibi seruasset, nō se descensurum fuisse ad eas pacis
conditiones. Ibí uero Connestablius omni spere
conciliationis excidit. Dum ad eum modum, ut di-
ximus, Angli comessantur Ambiani : Regem de
eo certiorem facit Torcius, uir nobilis, cumq; ille sto-
macharetur : obmutuerunt omnes. Dies ille repræ-
sentabat eum, in quem Innocentium puerorum di-
es eo anno inciderat. Regis autem erat consuetu-
do, ut per eum diem, nemo quicquam ad ipsum de
negocijs deferret, et mali ominis esse putabat, si quis
ulla de re grati & seria cum ipso loqueretur : &
ijs, qui hunc ipsius morem non ignorabant, si quan-
do interpellassent, ualde irascebatur. Verum ubi au-
dissem in urbe iam esse ad nouem Anglorum mil-
lia; putauī non esse contemnendum periculum. Ac-
cedens igitur ad illum, tametsi hunc diem religiose
colas, inquam, tamen quo loco sint res : opus est, ut
dicam. Ordine deinde commemoro, quid fieret,
& quemadmodum illi augescerent, dum metu ne
offendantur, sine discriminē omnes intromittun-
tur. Ille placide respondit, religionem hanc, in eo rez-
rum statu, solui posse; subet, ut cōscendam equum,
et experiar apud Ducas, si qua ratione queant reuo-
cari: uelle se cum ipsis colloqui, & paulo post ad por-
tam esse uenturum. Sic ut imperati erat, feci, quan-
tum licuit: uerum uno aliquo discedente, multi a-
lij ingrediebantur. Post me Ḡnum mittit, nunc
Gallie

Galliae Mareschallum. Ingredimur cauponam. Iar-
giter ibi potabatur, & personabant omnia uocibus
ebrium. Ibi tandem cœpi remittere curam, & ius-
dicabam nihil esse magni periculi, & ad Regem hoc
statim enunciabā, qui & ipse nō multò pōst ad por-
tam uenit magno comitatu, & secreto iubet armari
ad trecentos cataphractos, & ad portæ custodiam,
loco superiori, multos constituit. Ipse in ianitoris
domo prandet, & cum eo multi ex Angliæ primo
tribus: Eduardus de suoq; intemperantia certior fas-
tus: nunciat Regi, ne quem omnium intromittat,
Rex minime se quidem istud facturum esse respon-
dit: uerum si commodum ei uideatur, mittat ali-
quem suorum stipatorum numerum, qui quos ue-
lint, admittant. Placuit ea ratio, itaq; factum est, ut
pleriq; omnes ab urbe excederēt. Post hęc, iniicitur
mentio, circumspiciendum esse locū idoneum col-
locationi. Ad eam rem conficiendam, Bocagius &
ego mittimur à Rege: Ab Anglis uenit Hauartus
& Calangerius cum foeciali. Diligenter inspecta
omni regione, et ora illa, quę est ad Somiam flumē:
opportunus uisus est nobis locus, Piccenium op-
pidum, tribus infra Ambianum milliaribus, tamet
si Carolus nuper illud incendio uastauerat. Vtraq;
via, quā uenturi erant diuersis itineribus ambo
Reges, admodum erat amœna: nisi quodd per spa-
cium aliquod, locus, quā ueniendum erat Eduar-
do, propter angustias, opportunus erat insidijs &

b iniuriæ,

iniuriæ, si quis mala fide rem egisset. Angli enim, quod & suprà dixi, non sunt in eiusmodi rebus tam ingeniosi & prouidi, quam nostrates. Vbi conuenit de loco: placuit efficiendum esse pontem, in quo illici congrederetur. Materiam omnem ad eam rem nos subministravimus. In medio ponte fit cauea, media ocri altitudine, qualibus coherceri uideamus leones. Eius foramina erant ea magnitudine, ut brachium aliquis laxè insereret, supernè tota erat contabulata, pluuiæ arcendæ causa, ita quidem amplè, ut utrinque duodenæ consisterent. Ea cauea complectebatur utramque oram pontis, sic, ut transitus in alterutrā partem nullus pateret. Ad flumen solum erat una scapha, cum duobus uestoribus. Et quoniam ad hunc locum uentum est: non grauabor recitare causam, cur sepimentum istud Rex iusserit ædificari, ut alij quoque Principes in collocutionem aliquando uenturí, habeant quod sequantur. Carolus Galliæ rex, eius nominis septimus, multum adolescens, affligebatur admodum ab Anglis. Nam Henricus quintus Angliæ rex acriter obsidebat Rothomagum. Oppidanî plerique omnes aut subiecti erant imperio fauebant. Huic grauis intercedebat cum Aurelia no Duce simultas, ita quidem, ut tota ferè Gallia factioribus & studio alterius partis esset diuisa, maximo cum detrimento Reipublicæ. Nam eiusmodi factiones, ubi semel radices egerint: uix magna difficultate

sicultate sedari possunt. & in hac dissensione Aurelianus Lutetiae fuit interfactus, anno proximè ante Rothomagi oppugnationem. Ioannes autem Burgundiæ Dux, magnum habebat & instructum exercitū, quò obsidionem solueret. Utq; facilius, quò spectabat, perueniret, deq; uoluntate regis non dubitaret amplius: uisum fuit, ut cum Rege in collocationem ueniret Monstreli, quod circiter uiginti milliaribus supra Luteciam est oppidum, ad confluentem Sequanæ & Ionæ. Fuit igitur ibi inaedificatum ponti sepimentum quoddam, uerum ita, ut per ostium, quod utrinq; claudebatur, alijs ad alios pateret aditus, modo utriq; uellent. Cum eò uenitum est: incipiunt colloqui Principes. Ac licet magni comitatu uenissent ambo: Burgundiæ tamen Dux, quatuor tantum è suis adduxit, & paulò post, uel quòd inuitaretur, uel quòd alioqui cuperet honorem aliquem Regi deferre: ab ea parte, quâ erat, aperit fores, cumq; ab altera parte idem fieret, transiit ad Regem, & confessim fuit interemptus, quæ quidem cædes maximarum deinde calamitatum causa fuit, ut constat. Istud quidem nō propriè pertinet ad nostrum institutum, ideoq; non immorabor amplius, sed ad hunc modum, ut dixi, Rex mihi recitauit ipse. Quod si, quo tempore fuit institutum illud colloquium, sic fuisset aptatus locus, ut occasio nulla extitisset, illum euocandi: non fuisset ea perpetrata cædes, cuius erant authores nonnulli fa-

miliares Aurelianī Ducis, magnæ apud Carolum Regem authoritatis, Rebus omnibus ad colloquium paratis: postridie ueniuunt eò Reges ambo, & Ludouicus quidem prior cum octingentis cataractis: Eduardus autem cum omni exercitu. Sed duodenos tantum singuli secum adducunt, & interea dum colloquuntur: ex ipsis quatuor erant destinati, tanquam inspectores eorum, quæ apud nos gererentur: ex nostris totidem erant in ipsorum castris, eadem de causa. Cum Rege præter alios adestant Ioannes Borboniæ Dux, eiusq; frater Cardinalis. A multis annis Rex eum habebat morem, ut è suis unum aliquem sæpe uellet eodem esse cultu corporis, quo ipse erat. Eo itaq; die me delegit ad eam rem. Posteaquam Eduardus eò uenit, comitatus inter alios fratre, Clarentiae Duce, complectuntur se inuicem ualde amanter per foramina illa sepimenti, & Ludouicus sermonem inchoans: **Aduentus**, inquit, tuus, cognate, mihi longe est gratissimus, adeo quidem, ut nullius hodie principis conspectu & colloquio malim frui, eoq; nomine gratias ago immortali Deo, cuius beneficio, hic perpetue amicitię firmando & reipub. causa conuenimus. Adea cum Gallice respondisset Eduardus: eius Cancellarius sermonem excipit, & uaticinum extare dicebat de futura insigni quadam apud Piccenium inter Galliæ & Angliæ Reges pacificatione. Tribuunt autem Angli plurimum uaticinijs, & quium

& quum de rebus arduis tractant, in medium semper aliquid tale adducunt. Ea habita oratione: proferuntur literæ, quas de pactionibus Ludouicus misserat Eduardo, Ibi tū Cancellarius Regem interrogat, an ratas habeat utrobicq; latas cōditiones? Cum assensisset ille, ponitur in medium liber sacratus, & alia quædam religiosa. Iis ambo superimponunt manus, & sanctissimo iureiurando pollicentur, omnia se bona fide seruaturos esse. Posthæc, Ludouicus, quoniam facetus erat & urbanus in dicendo, recte, inquit, erit cognate, si quando Luteciam uenias: Iucundè uiuemus & suauiter, teq; oblectabis cum eius urbis lectissimis fœminis: adhibebo tibi Cardinalem Borbonium: Is quicquid peccaris, pro ea, quam habet, potestate, facile expiat. Eo sermone fuit exhilaratus Eduardus. Cumq; amice admodum & blande ad eum modum essent aliquando locuti: Rex iubet nos, qui cum ipso eramus, aliquō secedere. Qui cum Eduardo uenerant, insuſſi diuertunt. Paulò post, accersit me Rex, et Eduardum rogarat, an cognoscat. Ille & se nouisse respondit, & nominatim, quibus in locis uidisset, dicebat. Nam quo tempore adhuc eram in familia Caroli, præstiteram ei meā operam. Tum Rex ad illum: Si Carolus, inquit, nolit seruare inducias (admodum enim fastuose respondit) quid agendum tibi esse uidetur? Ad hoc Eduardus, denuo licebit experiaris, ait, & conditionem deferas: quod si nos

lit comprehendí : agité inter uos pro uestro arbitratu. Per occasionem deinde Rex delabitur in mētione Britanni , nam idcirco in hunc sermonem descendit , & cum illo quid agendum sit , roga t, si nolit ratas habere inducias : Tum Eduardus , nullum se rebus aduersis habuisse fidelioram amicum respondit , ideoque rogare , ne quod ei bellum inferatur . Contieuit Rex , & complexus illum , humanissimeque salutatis eius familiaribus , Ambianum reuertitur , & illi ad exercitum redeunti , subministrat omnia , quorum aliquis esse poterat usus . Dux Clocestrius Eduardi frater , & alij nonnulli proceres , quod grauiter ferrent eam transactionem : non interfuerant ei colloquio , sed tamen eò deducta res fuit , ut hi omnes deinde ad regem uenirent , acceptis ab eo pulcherrimis donis , uasis argenteis , & equis le^tissimis . A collocutione , quum rediremus Ambianum : Rex in itinere mecum duabus de rebus præcipue loquebatur . Primum , animaduerterat Eduardum facilí momento potuisse impelli , ut Luteciam ueniret : Id molestum erat ei . Nam formosus , inquit , est Princeps & elegans : delectatur cōsuetudinē mulierum : facile sit , ut Luteciæ aliquam reperiatur delicatulam , cuius amore & fūrui loquentia caput , cupiat eò subinde redire : atqui maiores ipsius , nimium ibi inueterauerunt . Quamdiu intra regni sui fines sese continebit ; expeto illius amicitiam , circa mare autem non potest ullam mihi cum eo firma esse

esse aut certa societas. Alterum erat, quod paulò di-
rior ille fuisse, quando de Britanno facta fuit men-
tio. Nam & hoc ei moleste accidit, & quia magnos
pere cupiebat inferre bellum Britanniæ: denuo per
legatos eum sollicitat, ut sibi hoc ipsius pace lices-
at. Sed ille cum urgeretur: respondit, si bellum ex-
citetur aduersus Britannum, se denuo traiecturum
esse mare, ut illum propugnet. Ad eum sermonem
legati conticuerunt. Dum essemus Ambiani: uen-
niunt ad Regem aliquot eius familiares, qui pacis
fuerant principes. Ex ijs Hauartus ad eum secretò,
Si uelis, inquit, facile perficiam, ut Eduardus huc
ueniat, & fortasse Luteciam usq; animi recreandi
causa. Institue hoc erat Regi, dissimulans tamen, &
lotis interea manibus, ut pranderet, nihil admodum
respondit, & ad me tacite, quod suspicatus, inquit,
eram, id accidit. A coena, cum in eundem sermo-
nem illi denuo incidissent: illatum aliquid fuit ad
excusationem, quam fieri potuit civilissime, & Re-
gi cōtra Carolum magna celeritate proficiscendum
esse dicebatur. Si quis memoria repeatat, quantis ca-
lamitatibus Angli plurimis annis, & nostris etiam
temporibus Galliam affixerint: ei non uidebitur mi-
rum, tantam fuisse Regis diligentiam, ut eos, quas
cunq; ratione placatos dimitteret. Postero die An-
gli maximo numero ueniunt Ambianum. Ex ipsis
quamplurimi dicebant, eam pacem Sancti spiritus
beneficio factam fuisse. Nam quo die Reges con-
uenes-

uenerant: columba candida consederat in tabernaculo Eduardi, nec ullo strepitu aut clamore fugari potuit. Pluerat aliquantulum, eamque pluviā infēctus est deinde fulgor solis, & columbam aliqui dicebant exiccandi sui causa, insedisse ei tabernaculo, quod præ ceteris eminebat. Hanc rationem adferebat mihi Vasco quidam nobilis, ex familia Eduardi. Pacificationem hanc ille grauiter, ut alij multi, referbat: & quoniam uetus inter nos erat notitia: familiari ter mecum locutus, inter alia dicebat, non dubium esse, quin Eduardum aliquando iudicaremus. Rogabam, quām multa fecisset ille secunda prælia? Nouem, inquit, quibus omnibus interfuit ipse. Quām multa, inquam, aduersa? Vnum, ait, nempe hoc ipsum, & uestra quidem calliditate. Et quoniam istud in se admisit: collectam ē superioribus bellis gloriam, hoc uno totam obscurauit. Rex per me certior de eo factus, ait, esse hominem seditionis, & prouidendum, ne quid turbaret. Vocatigitur ad prandium, & si commorari secum uellet, magnas defert conditiones: Dono deinde datis mille aureis, pollicetur eius fratribus, qui per Galliam erant, omnem benevolentiam. Ego quoq[ue] in aurem illi aliquid admurmurans, orabam, ne quid moueret. Rex in primis erat sollicitus, ne quod dictum sibi imprudenti excideret iocosum, quod Angli ad sui derisionem interpretarentur. Postridie autem collocutionis, cum esset in cubiculo, & ex nobis alii quot

Quotunà cum eo, uerbum aliquod facetum ei ex-
citat, dum forte de uiño & ijs rebus, quas in illorum
castra miserat, loquitur. Respiciens, de improviso
conspicit mercatorem quendam Vasconem, qui eò
uenerat, petens, ut sibi liceret uina sine portorio il-
linc in Angliam exportare. Vbi uidit: obstupescit,
simil miratur quemadmodum eò penetrasset: Ro-
gat qui sit, et unde, & an uxorem habeat in Anglia?
Ille, habitare se quidem in Anglia respondit cum
uxore, sed exiguae habere facultates. Posteaquam
deinde certis conditionibus cum illo egisset: Rex
largitur, quod petebat, nec id modo, uerum etiam
eo in loco, unde originem habebat, munus publis
cum dabat, & mille franco dependit ad euocan-
dam ex Anglia coniugem atq; familiam: Ea profes-
tio ipsius fratri committitur: Ipse Burdegalam ire
suetetur, & ne quò deflesteret, additur ei mandato
regis, comes itineris. Ad hunc modum Rex, quod
minus circumspectè locutum se fuisse intelligebat:
hac pecunia se multauit ipse. Dum hec gerunt: uen-
nit à Connestablio legatus Rapinius. Eum ut au-
diremus, Ludeo mihiç Rex mandat, Contæus,
quem supra diximus ad Caroli fuisse profectum,
ut Connestabli consilia patefaceret: redierat iam
ab illo, & erat cum Rege. Legatus in hunc modum
uerba facit: Connestablium habere pro explorato-
rum grauiter sit accusatus, sed ex ipso rerum euen-
tu facile Regem iudicare posse, falso delata esse om-

c nia,

nia, quod in ipsis detrimentum nihil hactenus ad miserit. Et quod maior sit fides: docet quomodo persuaderi possit Carolo, ut discedentem Eduardum adoriantur & opprimat. Nos ad ea respondimus, uelle nos uti pace cum Anglis. Ludeus etiam sermone longius progressus, rogit, quo loco reposam habeat pecuniam Conestablius. Mirabar, hanc illi uocem excidisse, multò magis etiam, quod ille, postquam hoc intellexit; hero suo non fuerit author, ut profugeret. Nam quid ageretur, facile potuit ex eo cognoscere. Sed ita ferè fit, ut pauci admodum expedire se possint à periculis, & tempestive illa uitare. Alij, quod experientiam nullam habeant, neq; similia exempla obseruarint: alijs studio & amore liberorum, uxorum, familiæ & possessionum cauere sibi non possunt, & tametsi præmoneantur: tamen his uinculis impediti, in maximas saepe calamitates incident. Vbi de postulatis illius a nobis Rex cognouit: scribam accersit, præter Bocagium & me aderant unā Contæus & Hauartus: & hic quidem ignarus, quid ageretur. Dat literas ad Conestablium in hanc sententiam: Se pactum esse cum Eduardo, & nunc uarijs occupari negotijs: ita quidem, ut eiusmodi capite, quale sit ipsis, uehementer opus habeat. Inde ad Hauartum & Contæum: Corpus, inquit, illius non requiro, & solo capite sim futurus contentus. Eas literas dat Rapinio, cui clementer admodum & amicè dictum esse uidebatur
istud

istud à Rege, nec quò pertineret, intelligebat. Post
hæc, Eduardus binas Connestablij literas ad se scri-
ptas, mittit ad Regem, & quicquid unquam nunci-
auerat, patefacit. Quò magis uidere licet, quām fue-
rit deploranda illius cōditio: qui tres potentissimos
Principes eodem tempore habebat infestissimos.
Eduardus à Rege accepta pecunia, magnis itineri-
bus Caletos proficiscitur. Nec enim à Carolo tan-
tum, uerum etiam à promiscua multitudine per
Galliam, sibi metuebat. Et si quis militum à reliquis
copijs aberrasset, aut paululum modo diremptus
esset ab alijs: uix erat, ut non interficeretur. Obsides
autem reliquit in Gallijs Hauartum & Ioannem
Seneium, quoad mare traieisset. Suprà diximus,
illum non magnopere propendisse in hoc bellum:
Nam simulatq; Daruernum uenit, quod est trans
mare oppidum, cōtra portum Iccium, & antequam
illinc solueret: cœpit nobiscum alias rationes
inire. Vt autem ad nos traïceret, duo potissimum
erant in causa. Primum, populus pro sua perpetua
consuetudine bellū expetebat, & Carolus etiam ins-
tigabat. Deinde, cogitabat magnam eius pecuniæ
partem, quam in hoc bellum exegerat, sibi retinere.
Angliæ enim reges, præter certos & annuos census,
nullam suis imperant pecuniā, ut antea quoq; di-
ximus, nisi in bellum Gallicum aut Scoticum. Et ut
populo satisfaceret: alia quadam arte suit usus &
calliditate. Londino secum & ex alijs urbibus ad-

duodecim ciues adduxerat, homines locupletes, obesos, et uitæ molliori assuetos, qui et accepti erant multititudini, & profectiōem in Galliam ualde sua serant. Et quanquam satis habebantur commodē in tabernaculis: tamen quod ei uitæ generi non assues sent, statim eos tæduit. Putauerant enim fore, ut tractio mari, intra paucissimos dies cum hoste dimicaretur. Interposita autem longiori mora, cum & bellum duceretur, & de pace mitterentur Legati: Eduardus fastidium illis etiam auxit, ut eò uehec mētius pacem urgeret, ac se, cum redijsset domum, purgarent; si forte præ properum ipsius redditum populus indignè ferret. Nam ab Arturi temporibus, Angliæ rex, cum maioribus copijs in Galliam nullus unquam uenit. Collegerat autem in hoc bellum grandem pecuniam, cuius multò maximam partem sibi seruauit, quum opinione citius dimittetur exercitus. Atqui, non erat ea uirtute & industria, qualis præditum esse oportet eum, qui uelit in Gallijs magni aliquid bello perficere. Deinde, Rex communierat se sic satis, tametsi in tanto aduersariorum numero, non poterat undiq; sibi cauere. Sed & Eduardus, quia magnopere cupiebat matrimonium, de quo constitutum erat, perfici: plurima nobis concedebat. Post illius abitum, rex Veruīnum proficisciatur, quod est ad Hannoniæ fines oppidulum. Auennij erant pro Carolo Cancellarius & Cōtaeus cum alijs nonnullis. Non ignorabat rex, quantis aliz

tis aliquando calamitatibus Angli affecissent Gal-
liam (fuerat enim ipse spectator eorum aliqua ex
parte) quò magis etiam commotus fuit hoc illorum
transitu, & ut minus sibi metuendum esset ab illis:
cupiebat cum Carolo pacisci. Nunciabat ei Can-
cellarius, ut medium aliquem locum deligeret, quo
cum ipsius legatis in colloquium uenirent. Eo acces-
pto nuncio, ipse, tametsi nonnulli dehortarentur:
ad constitutum locum accessit, adductis unà secum
obsidibus Anglicanis, & ijs præsentibus excipit
Caroli Legatos, qui instructi uenerant magna
militum & sagittariorum manu. Postquam utrinq;
salutassent: nulla re alia perfecta, Rex ad pran-
dium illos secum abducit. Ex Anglis qui aderant,
quidam ad me conuersus, quòd impatienter fere-
bat factam esse pacem: Si multos, inquit, eiusmodi
milites uidissemus in comitatu Caroli, quo tempo-
re ad Eduardum nuper uenit, non eramus pacifica-
turi. Tum Archiepiscopus Narbone, qui forte ade-
rat: An uero tam eratis, inquit, simplices, ac rerum
imperiti, ut existimaretis, eum non habere multas
eiusmodi copias? Habebat sanè complures, & refi-
ciendi sui causa, tantum dímisserat illas: Sed uos ita
magnum tenebat desiderium patriæ, ut sexcenta
uasa uini, & pensio quædam annua, quam accipi-
tis à rege, facile uobis abitionem persuaserint. Tum
ille grauissime indignatus, hoc, ait, illud est, quod
plaricq; nobis prædictabant, fore, ut nos ludificaretis.

c iiiij An

An eam pecuniam, quæ nobis persoluitur à Rege, pensionem uocatis : tributum est, non pensio. Certe minimo negocio fieri possit, ut uestris ludibrijs prouocati, denuo in Galliam trajectiamus. Ego sermonem hunc interrumpens, ioco se dictum esse interpretabar. Ille uero minime contentus, ad Regem aliquid extulit, qui ob hoc ipsum uehementissime fuit exacerbatus in Archiepiscopum. Inter Caroli legatos & nostros, in quibus etiam erat Petrus Doriollus, Galliæ Cancellarius, magna fuit altercatio. Nostrí, quid egissent, referunt ad Regem, ac inter alia dicebant, Burgundiones multum esse feroces in omnisermone: se uero nihil inuicem ad illos dissimulasse. Rex minime istud probabat, affirmans, hec omnia, de quibus iam disceptaretur, anteā sépè numero in controuersiam uenisse: non hoc agi isto tempore, ut de rebus omnibus integrè definiatur, sed ut induciæ solum fiant: nolle sequicquam asperius dici, adeoq; seipsum uelle colloqui. Remotis igitur omnibus, præter Ammirallium & Bocagium & me, paciscitur nouem annorum inducias. Illi uero petebant, quandoquidem Carolus iactauerat, non se facturum inducias, nisi mensibus aliis quot post Eduardi discessum ex Gallijs: ne statim diuulgarentur, ut ne uideretur illas apud Piccenium factas, habuisse ratas, in quibus omnino comprehendendi non uellet. Eduardus, qui grauiter alioz qui ferret illam Caroli pertinaciam: certior factus, Regem cum eo pacisci: legatum mittit Thomam Mulgo.

Mulgomerum, orans, ne præter eas, quas ipsi constituerent, alias ficeret inducias, & ut ne Sancto quintinum illi reddat: Quod si bellum etiam inferre uellet, pollicetur se cum exercitu, primo uere, aut sub initium æstatis, denuo trajecturum esse mare, & auxilia præbiturum, ihs conditionibus, primum, ut Rex, detrimentum, quod sit accepturus ob immunitum uectigal, sibi resarciat (nam ex lana colligitur portorium illud Caleti, ad quinquaginta aureorum millia quotannis) deinde, ut bellum sumptuum dimidiam partem dependat: se reliquum esse daturum. Rex, gratam se habere uoluntatem eius confirmans; excusat, id sibi iam non esse integrum: de inducijs quidem se pactum esse cum illo, sed esse planè easdem cū ihs, quas ipsi fecissent: et hoc solo dif ferre, quod ille separatim eius rei literas postularit. Eo dato responso, legatus & obsides duo, qui cum Rege fuerant hactenus, magnis amplificati munibus, domum reuertuntur. Mirum in primitis uides batur Regi, tales ab Eduardo sibi fuisse oblatas conditiones, ac periculi plenum esse iudicabat, præbere illi nouam trajecti occasionem, propterea quod coniunctis copijs, inter Anglos & Gallos, facilí momento sit oriturum dissidiū, neq; difficilis futura sit Anglorum cum Burgundionibus recōciliatio, quod magis cupiebat cum Carolo pacisci. His confessis rebus, illa inchoata nuper aduersus Connestablium actio, renouatur: Interponitur utrinq; fides, & confi-

conficiuntur literæ in eandem plane sententiam, ut
Bouilli constitutum fuit. Ea re cognita, qui cum ipso
erant honestiores homines: paulatim se subduce-
bant. Ipse, quod sciebat Eduardum suas literas &
mandata omnia patefecisse Regi: & quia non igno-
rabat, quorum impulsu & quamobrem essent facte
indicia: magnopere fuit commotus, & misso ad
Carolum legato, petebat, ut sine periculo sibi liceat
ret cum ipso colloqui. Diu multumque deliberauerat
antea, quoniam se potissimum reciperet. Egerat
aliquando cum suis famulis Lotharingis, eorumque
ductu cogitabat in Germaniam profugere, & quan-
tum posset auri secum deferre, & castellum aliquod
ijs locis comparare, in quo se tueretur, donec ad Principum
amicitiam tutum haberet receptum. Aliás
decreuit subsistere Hanij: quam arcem in hoc mu-
nieran, ut rebus parum secundis esset ei receptacu-
lū. Sed quoniam eius familiares propè omnes, aut
Regis erant aut Caroli imperio subiecti: non repe-
riebat homines idoneos, quibus se committeret: ac
tantus erat in eo fortasse paucor, ut suis non auderet
se patefacere totum. Nam alioquis crediderim plae-
rosque ei non fuisse defuturos. Et periculosius ei futurum
erat, circumuallari ab altero solito: quam ab
utroque simul. Nam permixti Burgundionibus Gal-
li, non erant diuturna usuri pace. A multa delibera-
tione, cum ei de periculo cautum esset: constituit
proficisci ad Carolum: & comitatus uiginti circi-
ter equis

ter equitibus, Montium petit, Hannonię oppidum,
cuius præfectus erat ei summè amicus. Ibi per dies
aliquot commoratus: à Carolo, qui bello uexabat
Lotharingiam, nuncium expectat. Ea de re cer-
tior factus Rex, uidebat sibi prouidendum esse ma-
gnopere, ne qua ratione ille Carolo recōciliaretur.
Præfectus igitur Sanctoquintinum: cogit ad octi-
gentos cataphractos, & ubi propius uenit, ex op-
pidanis obuiam ei nonnulli procedunt. Illico iubet,
ut ingressus in oppidum, remoueam quæ collocata
ibi erant præsidia. Post hæc, ingreditur equitatus:
hunc ipse deinde sequitur, honorifice admodum ex-
ceptus. Qui Connestablij rebus fauebant, in Han-
noniam pleriq; se recipiunt. Quid actum esset, è ue-
stigio Rex ad Carolum enunciat, ut ei spem om-
nem recuperandi oppidi per Connestablium, adi-
meret. Eo accepto nuncio, Carolus Montij præfe-
cto mandat, uti modis omnibus prouideat, ne Con-
nestablius aliquò discedat. Ille imperata facit, quan-
quam certè nō tam erat arcta custodia, quin ille pro-
suis facultatibus & potentia, potuisset aliquam in-
uenire fugæ uitam. Quid autem hoc loco dicas de
fortuna mundi gubernatrice? ut nonnulli putant.
Obtinebat ille summam in Gallijs authoritatem:
finitimus erat utriq; Principi: arcem habebat mu-
nitissimam, & rebus omnibus instructam: præfec-
tat eum Rex quadringentis cataphractis: ualebat
ingenio, & peritia rei bellicæ præstabat: magnum
d habebat

habebat rerum usum, & auri uim ingentem possit debat. Statuendum est igitur fortunam, qua nihil est mutabilius, ei fuisse planè aduersariam. Sed res uera nihil aliud est fortuna, quam figuratum poetum. Quin potius ita iudicandum est: iratum ei fuisse Deum, & grauiter offensum. Et si de consilijs arcanis fas esset ulli homini pronunciare: dicerem illum excitasse iram Dei aduersum se hac una re possitissimum, quod per omnem uitam mente & animo totus in hoc fuerat, ut perpetuum bellum aleret. Nam in eo positam esse putabat suæ dignitatis materiam, ac ueluti segetem. Neque uero difficile ei erat istud perficere. Tota enim natura & moribus & ingenio Principes inter se dissidebant. Vix igitur credendum est, fortunam aliquam eò dementiae adduxisse virum longe prudentissimum, ut eos principes aduersum se concitaret, quorum fuerat per omnem uitam in rebus omnibus contraria & diuersa uoluntas: qui nullam rem unquam simul ex animo compobarunt, nisi hanc in illius caput factam coniurationem. Mitto Eduardum, qui neptem eius habebat in matrimonio: qui suæ coniugis propinquos omneis, ac in primis Sanctopaulianam familiam ualde amabat. Sed ne hunc quidem amicum habere potuit. In eas itaque tandem redactus fuit angustias, ut ex amicis nemo per noctem unam auderet eum hospitio recipere. Consimiles exitus multis experti sunt, & experientur aliij post longam & diuturnam

diuturnam prosperitatem. Dum sic detinetur Mon-
tij: Rex confestim urget Carolum, ut pactionis tas-
tet, eumq; uel ad se quamprimum mitteret, uel ca-
pitis afficeret supplicio. Ille facturum se respondit
ex ijs alterum, simul Peronam deduci iubet. Iam au-
tem nonnulla ceperat Lotharingia & ditionis Bar-
rensis oppida, & Nanceium obsidebat, strenue se
defendentibus, qui intus erant. In Campania Rex
magnum conficiebat equitatum. Ea res metum ali-
quem illi iniecit. Nam et si pactae erant induciae: ta-
men hoc ei concessum non erat, ut Lotharingum,
qui in hac rerum acerbitate ad Regem confugerat,
profligaret. Interpellatus autem à Rege frequen-
ter, ut pacta seruaret, quanquam promittebat: ta-
men ultra constitutum diem distulit. Cumq; metu-
eret, ne sibi impedimentum aliquod obijceretur à
Rege, quò minus Lotharingicum bellum confice-
ret: quod in primis cupiebat, ut è Lutzenburgo re-
stum haberet aditum in Burgundiam (occupata
enim Lotharingia, continentes habebat prouincias, inde ex Batauis in Lugdunensem usq; agrum)
His, inquam, de causis Cancellario & Imbercorto,
qui Connestablio erant infestissimi, et summam ad-
ministrationis obtinebant: mandat, ut Peronam
profecti, ad certum diem, illis, quos eo Rex missus
rus esset, Connestablium traderent. Ipse Nancei-
um interea tormentis acriter quidem, sed frustra
oppugnat. Nam is, de quodiximus Comes Cam-

d ij pobachius,

pobachitis, qui maximam habebat in castris autho-
ritatem: promiserat Lotharingo, se moram esse illas
turum obsidioni, & perfecturum, ut ea, quae ad op-
pugnationem usui esse possint, desiderentur. Hoc
erat ueluti præludium quoddam maioris calamita-
tis, quæ deinde secuta fuit. Carolus in spem uene-
rat, ut opinor capiendi oppidi ante eum diem, quo
Connestablium ex pacto cogebatur tradere. Quod
si fortuna consilium eius comprobasset: fortasse
non erat datus. Rex etiam, ut est credibile, si ma-
turius illum & ad præscriptum diem accepisset à
Carolo: maiora Lotharingo datus erat auxilia.
Nam de coniuratione Campobachi, & communis-
catis inter ipsos consilijs, iam audiuerat: sed ei nego-
cio non se immiscebat, tametsi cohercere poterat
Lotharingum, si uoluisset, quoniam in propinquuo
magnas habebat copias. Quum autem ante eum
diem frustra moliretur expugnationem Carolus:
i, quibus mandatū erat, Connestablium, quem ual-
de oderant, ad portam Peronæ, cupide tradunt in
potestatem Amirallij, qui cōtinuo Luteciam illum
adduxit. Tribus ferè post horis, ut à nonnullis acce-
pi, uenit magna celeritate à Carolo nuncius, ut ne
prius illum, quam captum esset Nanceium, trade-
rent. Luteciae coeptum est illico de illius causa cog-
noscí. Quicquid ad instruendum iudicium poterat
conferre: non modo Carolus, uerum etiam Eduar-
dus subministrabant, & quas ab illo singulis tem-
poribus

poribus acceperant literas & mandata , proferebant; Senatum etiam Rex urgebat, ut accelerarent: & delecti fuerunt ad eam rem homines idonei. Pausis igitur diebus cognita causa, capite damnatur, & publicantur eius bona . Grauissime quidem ille ustrumq; offenderat, nec crimen eius ullum purgare uelim: sed tamen inusitata fuit hæc & præpropera festinatio. Certe, Caroli splendore maximè fuit in dignum, quod eum, cui fidem dedisset, quem accersuerat, comprehendit, ac deinde, non tam metu, quam cupiditate quadam impulsus, necandum exhibuit. Et sane, post hoc tam pudendum facinus, res illius paulatim magis atq; magis ad interitum spectabant. Nec enim maleficium ullum Deus in ultum sinit, etiam si diuturniore impunitatem aliquando concedat. Nam quoties in magnis principibus aliquam insignem rerum uidemus commutationem: certò statuere debemus, illam à Deo proficisci . Propter potentiam enim illorum & opes, quibus, tanquam propugnaculo quodam muniti sunt: nullus casus facile possit eos affligere . Sed est Deus, qui repentina quadam tempestate cōcitata illos inuoluit & exagitat, in primis autem eos, qui crudeliter grassati sunt. Per complures annos floruit Burgundica domus, ita quidem, ut in nostro orbe nulla fuerit honoratior. Nam aliæ quædam, & si potenteres erant: tamen & bellis & multis alijs disuexabantur acerbitatibus. Hæc autem perpetuum d ij tenuit

tenuit & fœlicissimum fortunæ cursum , quatuor
in ea principibus ordine regnantibus . Primus ex ijs
Philippus , cognomento Fortis , Caroli quinti Gal-
liarum Regis frater , in matrimonium duxit Flan-
driæ Comitis unïcam filiam , eaç ratione sibi adiun-
xit Flandriam , Artesiam , Burgundiam superio-
rem , Niuerensem & Rethelensem agrum . Huius
filio Ioanni successit Philippus cognomento Boz-
nus , qui Brabantiam , Lutzemburgum , Hannoni-
am , Limburgum , Hollandiam , Zelandiam & Nas-
mucum , ijs , quas diximus prouincijs , adiecit . Ab
eius morte delatus est principatus ad Carolum filiu-
um , qui nostri temporis omnium Principum fuit
longe clarissimus & ditissimus . Habebat enim præ-
ter florentissimas prouincias , maximam copiam
exquisitissimarum rerum . Pecuniæ quidem ali-
quanto plus apud quosdam alios uidi (Nam à mul-
tis annis Philippus pater nullum exegerat tribu-
tum) reperit tamen supra ter centena aureorum
millia . Deinde beneficio patris laudatissimi Princis
pis , pacatos habuit uicinos omnes . Verum ea pace
non utebatur diu , seçp bellis implicuit , cuius tamen
rei culpam omnem in eum transferre nolim , & ad
alios ea quoç pertinet . Adhæc , populus ultrò ferè
largiebatur ei extra ordinem , ad trecenta & quin-
quaginta aureorum millia quotannis , per annos
decem , in eaç contributione non erat comprehen-
sa Burgundia . Et quo tempore Connestablium in
potestatem

potestatem Regis dedit, duplicatam collegit eam summam. Quicquid erat mobilium rerum Connestablii, æstimari poterat ad octoginta aureorum milia. Leuis igitur fuit & exigua causa, cur illud in Connestablium admitteret. Sed non tulit impune. Nam hostem Deus excitauit ei, minime potentem quidem illum, & planè iuuenem, nullaque in re exercitatum. Nec id modo: uerum etiam de suis ipse familiaribus, quorum usus erat bona & fidelis opera: sinistre suspicari cœpit. An non hæc sunt illa præludia, qualibus olim uidemus usum fuisse Deum, quoties magnam aliquam conuersionem moliebatur? Illum, in quo erat dignitatis atque potentiae grandum & splendorem, suæ tribuebat ipsius uirtutis & industriae, & quoad uixit, eam retinuit opinionem.

P H I L I P P I C O M I N A E I
commentariorum Liber
Septimus.

Riusquam exhiberet Connestablium: cœpit diffidere suo populo, & propter modū eos despiciebat. Ex Italia enim circiter mille cataphractos euocauerat, hisque utebatur etiam in obsidione Nouesiana, Comitem uero Campobachium quadringentis equitis bus

bus præfecerat. Is, quoniam Andegauensis familiæ
partes, quæ bellum Neapolí gessit, sequebatur: pro-
scriptus, & omnibus bonis exutus: in Galliâ se recess-
perat, & maximam partem cum Renato Siciliæ Rex
ge, uel in Prouincia Massiliensi fuerat, uel in Lotha-
ringia, post etiam apud Nicolaum Calabriæ Du-
cem, à cuius morte, Carolus eum exceptit, & magis
num præterea numerum Italorum. Missus autem
à Carolo in Italiam, ut equitatum cogeret: accepit
ab eo quadraginta aureorum millia. Cumq[ue] per
Lugdunum iter ficeret; incidit in Simonem Papie-
sem medicum. Familiariter cum eo locutus, Regi
significabat, si uelit secum pacisci: daturum se Ca-
rolum in ipsius potestatem. In eandem sententiam
loquebatur etiam cuidam Regis apud Pedemon-
tanos legato. Reuersus deinde ex Italia cum equi-
tatu, denuo pollicebatur Regi, simulatq[ue] futurus
esset ad exercitum: se uel interfecturum esse illum,
uel capturum: simul quomodo id perficeret: de-
monstrat. Caroli consuetudo sic erat, ut parvulo ei
quo uectus, & modico stipatus comitatu, totum
exercitum obiret. In eo temporis punto confirmaz-
bat, se posse, quod uellet, perficere. Ad hæc, si quan-
do committeretur prælium: illo deserto, se transitu-
rum ad Regem, modo ipse conditiones inuicem
præstaret. Eam improbitatem atq[ue] perfidiam Rex
egre tulit, & ut singularem aliquam uirtutem osten-
deret; omnia per Contæum Carolo renunciat. Ille
autem,

autem, quia putabat hoc à Rege fieri captiose: fidem non habuit, & domesticum proditorem multò maiori benevolentia, quam prius, complectebatur. Quò magis apparet, Deum ipsi mentem omnem prorsus eripuisse. Occupata Lotharingia, & recusperato Sanctoquintino cum duobus Connestablij oppidis, & reliquis eius facultatibus acquisitis: insecta fuit mentio colloquiū, quò Rex & ipse uenturi erant. Constituit enim exercitum suum ex diutino labore defatigatum reficere, & cohortes aliquot presidio collocare, per aliquot oppida Comitis Römontij in finibus Bernatum & Friburgorum, quibus bellum inferre cogitabat: primum, quod quo tempore Nouesium circum sedidit: incursionibus uexissent Burgundiam; deinde, quod ipsorum opera potissimum sibi esset adempta ditionis Pfirtensis, ut suprà docuimus: postremò, quod Comitem Römontium parte aliqua suæ ditionis illi dispolias sent. Colloquiū Rex ualdeurgebat, & hortabatur eum, ut Heluetios sineret uti pace, neq; miseram & tenuem prædam ibi sectaretur, & exercitum potius recrearet. Heluetij, quum ad fines ipsorum uideret illū habere præsidia: legatos de pacemittunt, & pollicentur quicquid ademerant, restituere. Sed Römontius contrà magnopere sollicitabat, ut præsens opem sibi ferret. Eo probato consilio, statuit omnino bellum eis facere, & priusquam illud suscepit, cum Rege paciscitur, ne propter Lotharingicum
e bellum

bellum ullus inter ipsos motus existeret. E Lothariæ finibus profectus, ubi cum exercitu in Burgundiā accessit; alij ueniunt ab Heluetijs ad ipsum legati, cum amplioribus mandatis, quorum hæc erat summa, paratos esse Heluetios, non solum restituere omnia, quæ occupassent; uerum etiam à quæuis alia societate discedere, & ipsi militem aduersus Regem subministrare. Quum autem obstinate eis omnia negaret; ea spe deiecti, cum uiciniis ad Rhenum ciuitatibus ineunt foedus, in annos decem, ut suprà demonstrauimus, quo loco diximus, quemadmodum Caroli per Pfirtensem ditionem præfetus, capitis poena mulctatus fuit; qui, quoniam insolenter & proteruè multa faciebat; defectionis causam dedit. Magno igitur studio prouidere debent principes, ut ijs, quas nuper occuparunt prouincijs, idoneos homines præponant. Nam is, de quo diximus, præfектus, cùm æquum esset, ut eius ditionis populum humanitate quadam singulari sibi adiungeret; crudeliter & auarè multa designabat, summo cum detrimento Caroli. Nam illa ciuitatum & Heluetiorum confederatio, rege authore facta, maiores quam plæricj putant, Galliæ commoditates attulit, usq; eo, ut existimem, inter alia multa, Regem hoc unum prudenter admodum excogitasse. Nam oppresso Carolo, qui se ipsi opponeret, nullus erat omnium Galliæ principum. Maximum igitur ea res ad Galliæ salutem attulit momentum: quando in

do ingenti labore & sumptu fœdus illud conciliauit. Heluetij, cum ad pacem nullum uiderent adiutum sibi patere, statuunt illatum bellum defendere. Carolus in eam Sabaudiae partem cum exercitu profectus, quam illi Romontio ademerant, & castellis aliquot recuperatis, obsidione cinxit Gransonum, quod oppidum Heluetij Castelgionio, uito nobili ademptum, præsidio cirkiter octingentorum militum, lectissimorum hominum muniuerant, eò quod ipsorum finibus adiaceret. Ex Italia magni ueniebant ad ipsum comitatus, atq; etiam è Sabaudia. Poterat è suis ditionibus maximam optimorum militum manum colligere: sed præferebat eis exterros. Nam Connestablij cædes, ac aliæ quædam suspiciones erant in causa, quamobrem suis non consideret. Tormentorum autem uim habebat ingentem: & quò maiorem ad Legatos Italorum & Germanorum haberet authoritatem: magnifice instructus erat rebus omnibus, & quicquid omnino preciosum erat atq; eximium in ipsius bonis: hoc eò secum aduixerat. Per Insubriam putabat habere se multos amicos, & de Mediolanensi Ducatu uaria secum in animo uersabat. Gransonio per dies aliquot acriter oppugnato tormentis: qui intus erant: illius potestati se se permittunt. Eos omnes deinde iubet interfici. Conuenerant tum Heluetij, non ita magno numero, ut ex ipsis audiui. Nam opinione pauciores copiæ intra fines ipsorum coguntur, &

c ij tunc

tunc aliquantò minores , quām hodie . Nam ab eo tempore , agriculturā & alias operas quotidianas , belli studijs cōmutare cōperunt . E socijs autem uix pauci tum aderant . In celeritate enim totum erat positum , & tempore exclusi , non expectatis sociorum auxilijs , cogebantur progredi , ut obfessis opem ferrent . In itinere , de deditione & indigna suorum necce cognoscunt . Carolus , contra plurimorum sententiam , constituit ad fauces montium , ubi tum illi consistebant adhuc , obuiam eis properare , minus prudenti sane consilio . Nam erat in loco æquissimo et percommodo , circumuallatus et tormētis , & parte aliqua lacus , ita quidem , ut ab illis nihil ipsi magnopere metuendū esset . Præmiserat autem ad centum sagittarios , qui ex aduerso eius montis , aditum & angustias uiæ seruarent . Ipse cum reliquis copijs sequebatur . Primum agmen , & maxima ferè pars exercitus , cum adhuc essent in planicie : obuium habuerunt hostem , ac dum primi ordines student retrocedere : uulgas militum , qui sequebantur , quod fugæ similis ea uideretur profectio : cum propius uentum fuit , fugæ se mandabant omnes . quod factum est , ut Heluetij impedimentis omnibus , & tormentis , & totius exercitus tabernaculis , & ijs , quæ Carolus charissima habebat , potirentur . Desiderati sunt à Carolo septem modo cataphracti ; reliqui omnes , & in his ipse , fuga salutem sibi petebāt . Ioannes Gallicarum Rex , quo tempore prælio uictus fuit ab Anglis ,

Anglis, & captus apud Pictones, ferebatur amisiss
selaudem omnem & gloriam rei militaris. Hoc ipso
sum multò rectius in Carolum aliquis dicat. Nam
ille, dum strenue præliatur, & fortiter sese defendit:
captus fuit. Ante id tempus ita se gessit Carolus, ut
eius consilijs laudem & emolumentum ferret: Pri
ma autem hæc est calamitas, in quam sua quadam
obstinatione incidit. Dici enim non potest, quan
tum hac una re uulnus acceperit. Nam ex amicis
quatuor Príncipes, qui rebus secundis ad eius ami
citiam accesserant: ad motum fortunæ se quoq; mo
uerunt. Comes Romontius, mercatori cuidam
Heluetio, cum per ipsius ditionem iter faceret: ade
merat currum onustū pellibus ouium. Ea fuit bellī
causa. Quod nisi Carolum Deus planè destituisset:
non est credibile, illum pro re tam exigua bellum su
scepturum fuisse, præsertim, cum et Heluetij amplas
proponerent conditiones, & propter ipsorum agri
tenuitatem, nulla uel utilitas magna, uel gloria pos
set ex eo bello sperari. Nec enim tam celebre tum es
rat ipsorum nomen, nec illæ facultates, quæ hodier
no die, Qui primò fuerunt ad eum de pace missi le
gati & deprecatores, inter alia demonstrabant: tan
tam esse ipsorum inopiam, ut calcaria & equorum
frena per ipsius exercitū, pluris deberent aestimari,
quam omnis ea pecunia, quæ ex ipsorum agris cogi
posset. Hoc mihi recitauit, qui princeps fuerat eius
legationis. Rex, qui multos habebat exploratores,

e iii à me

ā me ferē magna ex parte dimisso, certior factus de
aduerso prælio; magnopere fuit exhilaratus, & hoc
unum grauiter modo ferebat, quod non maior esset
edita strages. Morabatur autem Lugduni, ut & in
ea propinquitate crebriores acciperet nuncios, &
ut Caroli cōsilijs occurreret. Magnopere enim me-
tuebat, ne ui & armis ille sibi Heluetios adiūgeret.
Sabaudiam enim Carolus habebat sibi fauentem:
Mediolani Dux födere cōiunctus erat, & Renatus
Siciliæ Rex, cogitabat eum instituere hæredem:
Itaq; si fortuna comprobasset eius consilia: quicq;
quid interiacet agri, inde ab oceano Germanico
usq; ad mare mediterraneum: id omne tenuisset,
& occupata Sabaudia cum Lotharingia & Massiliæ
ensi prouincia: nostri bellum ei facere, nisi maritis
mum, non potuissent. Verum ubi infœliciter dímis-
cauit, ad Regem undiq; ueniunt legati, à sorore eti-
am ipsius, Sabaudiæ domina, & auunculo Siciliæ
rege: Sed uix ægrè illos audiebat, & ad Carolum
ire iussit. Ipse interea Germanos diligenter solli-
citabat, & obsessis undiq; ijs, utebatur mendicis,
& id genus hominibus internuncijs. Germani fe-
rociter respondebant, nisi Carolo bellum inferat,
se pacem cum eo facere, ac ipsum decreuisse oppu-
gnare. Quocirca ualde sollicitus erat, ne tandem co-
geretur hostem se profiteri, multò magis etiam, ne
quos emiserat exploratores, intercipierentur. Nunc
uideamus, quæ fuerit prælium illud secuta rerum
conuersio,

conuersio , & quemadmodum prudenter omnia
sua Rex instituerit. Hæc enim alijs conferent, qui
per ætatem temere multa sæpe faciunt, & rerum ex-
itus non præudent, in eo sane multum uituperan-
di, quòd illos, quorum consilia sequi debent: asper-
nantur. Statim, accepto detrimento, Carolus Con-
tæum mittit ad Regem, cum mandatis admodum
demissis, omnino præter morem suum & naturam:
Orat, ut seruet inducias: Quòd ad collocutionem,
ut constitutum erat, non uenerit; excusat, & breui,
quemcumq; locum Rex ad eam rem delegerit: se-
uenturum esse pollicetur, Rex humanissime exce-
pto illo, facile patitur hoc abs se impetrari. Iudicas-
bat enim nondum uenisse tempus, ut secus faceret:
neq; nesciebat, quantum esset populistudium & uo-
luntas erga Carolum. quòd facilius putabat eum ex
aliqua tempestate posse remergere & eluctari. Con-
stituit ergo eius euentum belli expectare, neq; par-
tibus ullam præbere causam, inter se paciscendi. Ha-
bebatur quidem à Rege Contæus amicè: sed uitare
tamen non potuit, quin carmina quædam audiret
decantari passim, ad Heluetiorum laudem, & in-
famiam Caroli composita. Galeacius autem Medi-
olani Dux, quanquam fœdere iunctus erat Carolo:
ualde tamen fuit eius calamitate recreatus. Cum e-
nim animaduertere, esse multos per Italiam, qui re-
bus Caroli fauerent: metu adductus, amicitiam il-
lius & fœdus ambiuerat. Accepto autem nuncio de-

clade

clade illius: confessim legatum ad Regem mittit,
cūtem Mediolanensem, hominem obscurum. Is per
alium quendam me adit, & literas sui Principis redi-
dit. Vt de postulatis illius cognoscerem, Rex iubet.
Nam iratus erat illi, quod se relicto, transisset ad Ca-
rolum, præsertim cum essent affinitate coniuncti.
Legatus ad hunc modum locutus est: Ad Galeacis
um esse delatum, Regem in collo cutionem uentur-
rum esse cū Carolo. Id multis de causis (in quibus,
tamē nihil erat ferè solidi) grauiter eum ferre: Quòd
si Rex iure iurando confirmet, nō se pacificaturum
esse: centum aureorum millia pollicetur. Rex ubi
cognouit à me quid uellet: accessito illo, & præter
me, nemine præsente: quæ tuī sit aduentus, in-
quit, causa, Cominæus exposuit. Ad Galeacum au-
tem hæc uelim referas: facile me carere posse ipsius
muneribus, & triplò maiorem pecuniae summam
me colligere quotannis, quām ipse faciat: de pace
uel inducijs facturum me esse pro iudicio meo & ar-
bitratu: ueruntamen, si meæ societatis repudiatae,
& initi foederis cum Carolo ipsum pœnitentia: non
repugnare me, quò minus ad pristinū statum reuer-
tamur. Ille, gratijs actis, magnopere petit, ut foedus
ad eum modum, sicut anteā pactum fuerat, pronun-
cietur: habere se plenam eius rei procurandæ potes-
statem. Rex assentitur, & à prandio publicè recitan-
tur induciæ. Cumq; legatus in Insubriam hoc sta-
tim significasset: Mediolani etiam fuerunt diuul-
gatae.

gatae. Primus hic est scopulus, in quem Carolus im-
pegit, accepta clade, nempē iactura potentissimā a-
mici, qui nuper ante tres hebdomadas, splendida
missa legatione, foēdus cum ipso pactus fuerat. Re-
natus Siciliæ Rex, cogitabat eum instituere hāre-
dem, ut suprà diximus, eoç nomine Castelgionū
miseraf Carolus, ut Prouincia Massiliensis posses-
sionem occuparet, & ad deuinciendum eius regio-
nis proceres, dederat ei uiginti aureorum millia.
Verum, ubi de pugna rumor increbuit: ægrè cum
suis comitibus euasit, & adempta fuit ei pecunia. Sa-
baudia domīna, quæ rebus Caroli summè fauebat,
cum de clade audisset; Renatum hortabatur ad con-
stantiam, & acceptum detrimentum extenuabat.
Vt ebatur autem Prouincialibus quibusdam inter-
nuncijs, quibus interceptis: quod inter Renatum
& Carolum clām agebatur negotium, plane fuit
detectum. Rex igitur confestim equitatum mittit
ad fines Prouincia, & Renatum amanter ad collo-
quium euocat: nisi ueniat, consilium sibi capturum
esse dicebat. Venit ille tandem Lugdunum, & à Re-
ge fuit exceptus honorificētissimè. Aderam, quum
primo congrederentur. Ibi tum quidam ex Renati
familiaribus, Ioannes Cossius Neapolitanus, vir
honestus, & nobili genere natus, Prouincia præ-
fectus, ad Regem: Mirum, inquit, uideri tibi nō des-
bet, Renatum, auunculum tuum cogitasse aliquan-
do, Carolum instituere hāredem: Nos ipsius ne-
cessas

cessarij, huius consilij fuimus authores. Tu enim,
qui nepos es è sorore, minus amicè & liberaliter
cum illo egisti; Barrèsem arcem et Andegauensem,
quæ sunt ipsius, occupasti, nec ullam amoris aut be-
nevolentia significationem hactenus dediti. Suas
simus igitur illi, mentionem aliquam futuræ dona-
tionis iniçceret, ut eius rei fama ad te perlata, lenio-
rem te nobis & placatiorem redderet. Hanc oratio-
nem Rex prudenter & benignè excepit. Verum e-
nim ille dixerat, & totius rei tractatio pendebat ab
ipso. Paucis deinde post diebus, facta fuit composi-
tio: & Renatus, Carolo deserto, Regi totum se da-
bat, amplis ab eo muneribus cohonestatus, nō ipse
modo, sed & eius familiares, Alterum istud est nau-
fragium, quod à prælio Carolus fecit. Sabaudæ
quoq; domina, quæ multis annis, auerso animo fu-
erat à Rege fratre; Montagnum mittit, virum nos-
ibilem, qui me prius interpellato, quamobrem illa
fuissest hactenus alienor à Rege, demonstrat. Exiz-
tus orationis eò spectabat, ut illa, quanquam non di-
scederet aperte ab amicitia Caroli: uideretur tamen
Regis benevolentiam affectare. Legatus ab eo re-
sponsum tulit satis commodum & amicum, me in-
ternuncio. Dum hæc geruntur: interea multæ aliae
Germaniæ ciuitates, coniuratione facta, magnis
animis bellum aduersus Carolum parant: ita qui-
dem, ut qui plurimum ei noceret: is maxime crede-
retur officium fecisse, Fugiente Carolo, Heluetij
ingens

ingentem prædam fecerant , sicut supra diximus:
uerum, quantas consecuti essent opes, ignorabant.
Tabernaculum quoddam illius , longe pulcherri-
mum & exquisitissimum , partitum fuit ab eis in
multa frusta. Patinas argenteas nonnulli , cum stan-
neas esse putarēt, uilissimo precio uendebant. Ada-
mantem ipsius, toto orbe celeberrimum , cui erant
appensi aliquot uniones, quidam , ubi reperisset, in
pyxidem reposuit, mox sub currum abiecti: paulò
post reuersus, sustulit, & sacrifico cuidā uēdīdit au-
reō nummo. Is deinde, à sui oppidi magistratu , cui
misera t, accepit aureos duos. Breuiter , quicquid
eximium ille habuit, in eorum manus totum perue-
nit, eaçq; primū occasione, quę sit uis aurī, cœperunt
cognoscere. Nam ad bellum educti, Regis impulsu
& opera, magnas deinde consecuti sunt diuitias. Et
qui ueniebant ab ipsis ad Regem legati: splendidis
affecti fuerunt donis. Causam illi aliquam offensio-
nis habebāt in Regem, quod non se profiteretur ho-
ste Carolo: sed largitionibus permulsi, remittebant
iram. Tunc quoçq; primum cœpit Rex eis polliceri
pensiones annuas, quas deinde persoluit. Et quū al-
tero prælio Carolum illi postea uicissent: pactus fuit
eis dare quo tannis , ad quadraginta aureorum mil-
lia. Eius pecuniae dimidiā partem pendebat ciui-
titibus: reliquum uero magistratibus priuatim, sic
ut existimem , eos inde à primo prælio fuisse auctos
a Rege decies centenis aureorum millibus. Caro-

f ij lus pres

lus prælio uictus, Losanae, quod est oppidum ad lacum Lemanum, restitit ægrotus. Nam ex mœrore morbum contraxit, & ab eo tempore uidebatur multum pristini uigoris amisisse. Colligebat tamen undique militem, & paucis in diebus magnas habuit coactas copias. Quicquid autem est eius rei, non uis di quidem ipse: uerum audiui, quum Tarentinus princeps, frater Neapolitani regis, commemoraret oia regi. Is ante annum uenerat cum insigni comitatu ad Carolum, spe filiam eius in matrimonium descendit. Carolus autem ducebat tempus; & spe tunc alebat Sabaudiae dominam, quasi ipsius filio datus eam. Ille uero moram & tergiuersationem hanc grauiter ferens: misso nuncio petebat à Rege, ut sis bi per Galliam, sine periculo, ad parentem, à quo res uocatus esset, transire liceat. Rex liberaliter respondit: nec dubitabat, quin et ille iam de Carolo minus præclare sentiret. Sed antequam nunciū è Gallia reueteretur: conuenerant Germanorum copiae & auxilia, nec procul à Carolo conserderant. Tarentinus autem, qui superiori prælio interfuerat, secutus mandatum parentis, pridiè quam altera pugna committeretur, discessit. Obsidebat tum Carolus Mora tum, quod est Comitis Romontij oppidum, in Bernatū finibus. Heluetij cū ijs socijs, qui tum aderant, ad triginta circiter millia peditū, & quatuor millia equitum, eō contendunt. Lotharingiæ Ducis ualde commode accidit, quod eius negocia curæ nobis essent.

essent, Rex enim & pecuniae nonnihil suppeditabat, & magnum equitatum illi attribuit, qui in Germaniam ipsum ducerent, Amiserat autem & Lotharingiam omnem & Vaudemontensem ditio- nem, & magnam partem agri Barrensis, & quod res liquum erat in eo, Rex occupabat, sic, ut planè esset exutus omni possessione. Sed & promiscua multitudine, ipsius imperio subiecti, & familiares etiam eius, ultrò militabant Carolo. Quò minor spes erat, ex istis aliquando fluctibus & undis eluctandi. Deductus ad hunc modum, ope Regis, peruenit ad Heluetios, paulisper ante prælium, exiguo comitatu, Nostrí enim equites, ubi ad fines eum deduxissent, domum redierunt. Ea profectio multum ei profuit. Nam si aliam fuisse ingressus rationem: paucos erat habiturus amicos. Quo tempore in Heluetiorum castra uenit, iam erant expeditae utrinque acies. Totum enim triduum illi confederant propè Caroli castra, loco munito; & commisso prælio, statim primo concursu, hostem in fugam coniecerunt, sic ut nemo defendendi causa resisteret. E superiori pugna septem cataphractos tantum desiderabat Carolus, eo quod Heluetij nullum haberent equitatum. Nunc uero longe secus accidit, Nam ipsorum equites fugientem hostem acerrime persequebatur. Tarentinus confirmabat regi, Carolum habuisse ad viginti tria millia lectissimorum militum, præter ca- lones, & eos, qui alijs operibus erant destinati. Nu-

meraueratautem ille omnem exercitū, quando pōtem transiit, & instructissimum esse prædicabat. A prælio uenit ad Regem Contæus, neq; dissimulabat, Carolum ex eo cōflictu desiderare ad octo milia, præter uulgas hominum. Quod reliquum erat temporis, consumptum fuit persequendo hoste. Noctis autem interuētu, redibant omnes in castra. Carolus ex fuga in Burgundiam se recepit, ut alij comparatis copijs, bellum renouaret. Valde autem consternatus fuit ea clade, neq; iam dubitat de im mutata uoluntate & studio amicorum, præsertim, quod sciret, quid iam illi, statim à priori pugna, quæ ante treis hebdomas commissa fuerat, coepissent agere. Secutus igitur consilia quorundam, Sabaudiæ dominam, uel inuitam, iubet in Burgundiam adduci cum altero filio. Nam maiorem natu, familiares aliò traduxerant, & ij, quibus hoc ab illo fuit iniunctum, metu periculi cogebantur accelerare. Timebat autem, ne ad regem illa transiret. Ea causa fuit, ut eam accerseret. Nam quod Sabaudicam dōnum propugnasset; ideo se dicebat in hanc incidiisse calamitatem. Vbi uenisset illa: iubet in castellum Rouernum deduci, non procul à Diuione, quod est inferioris Burgundiæ potissimum oppidum. Custodias quidem illi ponebat: sed tamen omnibus patebat ad eam aditus, in primis autem Marchio Rethelenis & Castelgionius, quos Carolus cupiebat in matrimonium ducere illius filias, ad ipsam uentis

Gentitabant. Natu maior filius Philibertus, Cambericū, Sabaudiæ primarium oppidum, abductus fuit. Quòd cum & Genevensis Episcopus uenisset, è Sabaudiæ Ducum familia natus, homo planè desditus ocio & uoluptatibus: Rex apud eum, & quendam equitem Rhodium, à quo totus ille pendebat, hoc perfecit, ut arcem Cambericēsem, & Mommeianam traderent in potestatem Philiberti, eiusq; fratris. Ipse interea castellum quoddam aliud, in quo matris illorum, suæ sororis, erant ornamenta; seruabat in ipsorum usus. Illa, cum & occupari Carolum, nouo cogendo exercitu, & imminutam eius uideret apud suos authoritatem: cœpit inire consilia, quemadmodum ope Regis illinc eriperetur. Vetus illi cum Rege & diuturnum intercessit odium: alioqui nisi summa necessitate & angustijs coacta, non erat se in illius potestatem datura. Mittit igitur Rivierolum Pedemontanum, uirum nobis lem, Hunc, ubi quid uellet, ex me cognouisset: Rex accersit, & collocutus respondit, tametsi dissideant: tamen in eo rerum statu non se defuturum sorori. Quod si illa seipsius fidei permittat: fore, ut eam eripiat, et ad se traducat: Eam rem se mandaturum esse Carolo Ambosio, Campaniæ præfecto, magna uirtute uiro. Certior facta de uoluntate Regis, assensit, sub ea conditione, ut Rex liberos & arces sibi restituat, ac sine periculo & fraude domum remittat, suamq; dignitatem tueatur. Id si faciat: pollicetur sedes

se desertis alijs , pacem cum eo facturam , & fœdus
perpetuum . Acceptis conditionibus utrīq; Caro-
lus Ambosius iter ingressus , & sine maleficio profe-
ctus ; foeliciter negocium perficit , & illam unā cum
comitatu omni in proximam Galliæ partem , Re-
gis imperio subiectam , adducit . Rex , quum per al-
terum nuncium illi de periculo caueret : Lugduno
discesserat , ubi per sex menses commoratus fuit , ut
Caroli conatus infringeret , seruat̄ tamen indu-
cij̄s . Nam hoc ipso , dum sineret eum progredi , &
clām summis̄tebat aduersarios ; magis eum oppri-
gnabat , quām si bellum aperte fecisset . Alioquin il-
le , pro suo ingenio & natura : posthabitatis rebus om-
nibus , in regem iturus erat totis uiribus , nec in eas ,
ut est credibile , calamitates incidisset . Lugduno
Rex d̄gressus , ad Ligerim contendit , & secundo
flumine , ubi primū nauigatur , Turonum proficiſci-
tur ; quo in loco de sorore accepit , ac letus eam addu-
ci iubet . Aduētanti obuiā mittit ex nobilitate quām
plurimos . Ipse quoq; pro foribus & porta Plessi⁹ ca-
stelli , complexus illam : Gratissimus , inquit , est mihi
tuus aduētus , Burgundie domīna . Illa , quōd ex uul-
tu statim iudicabat eum iocoſe loqui , et facetē : sum
inquit , Gallicana , modis omnibus parata gratificari
tibi , & morem gerere . Vbi prolixē collocuti essent :
Rex mandat suis , ut ad amplissimam tractationem
nihil reliquum facerent . Nouerant alter alterius in-
genium : Rex cupiebat illam primo quoq; tempore
domum

domum redire: sed & ipsa nihil aliud spectabat. Mis-
hi fuit igitur iniunctum à Rege, primum, ut pecu-
niam illi ad necessarios sumptus corrogarem: De-
inde, ut foederis & amicitiae formulas notarem. De-
hortabatur eam Rex ab ijs, quorum anteā memini-
mus, matrimonij: uerum illa per filias se excusa-
bat, quæ non possent à sententia dimoueri. Octauo
post die, sancito per iusiurandum foedere: discedit,
& maximo cum equitatu, quem illi Rex attribuit,
domum reducit, omnibus, quæ rex occupauerat,
recuperatis. Carolus, ut suprà demonstrauimus, fu-
giens, in Burgundiam se receperat. Ibi per sex heb-
domadas moratus: nouum parabat exercitum, sed
lente tamē & remisse. Obstinatione autem quadam
magis, quam alia quavis de causa, erat propemo-
dum solitarius, ut postea sum dicturus. Nam ad
Gransonium re infeliciter gesta, contristatus, in
egritudinem incidit, quæ tanta fuit, ut aucta bile &
calore naturali, cogeretur à uino abstinere, & uti
pharmacis refrigerantibus. Ea uero tristitia sic de-
inde prorsus immutauit eius naturam: ut contra-
ria essent adhibenda pharmaca, quibus pristinum
calorem recuperaret. Barbam tunc alebat prolixā;
sed cōsilio medici detonsa fuit omnis. Et, meo qui-
dem iudicio, per eum morbum decepsit ei mentis
plurimum & ingenij. Atq; ad hunc modum uexan-
tur omnes, qui morbis nullum inuenire possunt re-
medium; in primis autem Principes fastuosi & sub-

limes. Verum in eo rerum statu, primum est, ut ad Deum cōfugiamus, & peccatis ueniam precemur. Alterum est, ut ex amicis, cui plurimum tribuimus, nos patefaciamus totos, & animi uulnus, quo affligimur, denudemus. Nam ad reficiendum animi uires, nihil est efficacius. Huc etiam si labores, & corporis exercitia, & honestæ accedant occupationes: magnum ea res momentum ad fert. Ut enim alii quo modo affectus illi consumantur, oportet. Caro luis autē longe diuersam rationem ingressus, in hac animi perturbatione sese abdebat, nec ullius amici leuabatur oratione uel consilio. Nam quia durus erat, & suprà modum asper in suos: nemo quisquam audebat interpellare, & sinebant eum uiuere suo more, ueriti, ne si aliter fecissent: in malam partem acciperet. Interea dum in Burgundia cōmoratur, multi simul in eum conspirant: deserunt eum amici & socij, & apud suos, quod rebus aduersis fieri solet, in contemptum uenire cœpit, & per Lothariniam aliquot iam oppida rursus amisit. Cumq; de illius aduersitate fama percrebuisse: Lotharin; giæ Dux, coactis, quas potuit, copijs, quoniam in propinquo plæracj omnia, præter Pontemontium tenebat: uenit ante Nanceium, in quo firmum erat presidium militum, nō unius gentis aut linguae: & in his trecenti Angli, quibus præerat Cohinus, tenui quidem familia, sed excellenti uirtute. Hi, tametsi non oppugnarentur admodum: impatiens ter tas

ter tamen longiorem moram ferebant. Et certe uer
hementer Carolus errabat, quod opem illis non fer
ret. Nam ut ealoca tueretur, magis erat ex ipsis us
su: quam ut Heluetios ulcisceretur, a quibus clas
dem, sua quadam pertinacia & temeritate, acceper
at. Sed quantumuis diligenter eum sollicitarent
obsessi, & auxilium implorarent: ipse tamen nul
la necessaria de causa diutius hæsit in Burgundia.
Quod si uoluisset initio: poterat sine contentione
illis subuenire, cum nullam adhuc haberet aduersa
rius coactam manum. Et defensa Lotharingia, per
Lutzemburgum, inde a suis longinquieribus pro
vincijs, iter habebat in Burgundiam expeditum.
Itaq; si fuisset ea uir mentis, qua solebat: aliter ei pro
videndum erat. Interea dum obsessi expectant sub
sidium: Cohinus Anglorum dux tormento interfic
itur, maximo sanè cum detrimento Caroli. Nam u
nus aliquando uir magnū adfert ad salutem momē
tum. Neq; uero semper ad generis nobilitatem, sed
ad uirtutem potius & ingenij bonitatem respiciens
dū est. Quò magis prædicari debet Ludouicus rex,
qui diligentissimè cauebat, ne suorum ducum, &
excellentium uirorum iacturam ullam ficeret. An
gli amitto duce, incipiunt de auxilijs desperare: ues
tum nō satis agnoscebant, & quam esset exigua Lo
tharingi potentia, & quam magnas facultates ha
beret Carolus instaurandi exercitus. Longo iam
tempore nulla gesserant externa bella, quæ causa

g ij fuit,

fuit, ut obsidionum non intelligeretur rationem. Tandem in collocutionem ueniuunt cum oppidi præfecto, quem Carolus cōstituerat: minantur nisi cum hoste componat, se paciferos esse. Ille tametsi egressus alioquī uir, parum erat animosus, & ad preces conuersus, multa, quæ ad suam sententiam faceant, demonstrabat. Quod si masculè fuisset locutus & audacter, utilius, ut opinor, rem gessisset. Verum credibile est, aliud fuisse Dei consilium. Impulsus igitur ab illis, ditionem facit, & biduo post Carolus cum mediocri exercitu eò uenit, & oppidū obsidione denuo cingit. Quod si quorundam secutus consilia, præsidij uicina loca muniret; breui tempore Nanceium recuperasset, in quo parum erat annona, & facile, ne qua importaretur, prohibuit, & interea suas copias recreasset. uerum longe diuersam rationem suscepit. Dum ea durat obsidio: ex domesticis & familiaribus multi in eius perniciem moliebantur, & iam undiq̄ siebant in eum grates conspirationes. Campobachius autem in prisōnis uitam illius petebat. Hunc ipse post mortem Nicolai Calabriæ Dūcis, acceperat egenum & exultem, & statim initio dabat ei quadraginta aureorum millia, quò per Italiam colligeret equitatum, ut supra docuimus: & tunc quidem primum, in iterare, conuertit se ad clandestina consilia, nec unq̄ ab eo conatu destitit. Et hoc ipso tempore, qutum uidetur impeditissimas esse rationes illius; cum Lotharingo,

tingo, & cum nonnullis duçibus, quos in Campa-
nia Rex habebat, consilia communicabat, ijsq; pro-
mittebat se curaturum, ut ea quæ sint ad oppugna-
tionem necessaria: deesent. Nostris etiam homini-
bus pollicebatur, seuel interfecturum esse illū, uel
capturum, eoq; nomine petebat uiginti aureorum
millia, & ditionem aliquam in Gallijs idoneam.
Dum hæc geruntur: nobiles aliquot Lotharin-
gi conabantur in oppidum ingredi, fœliciter quis-
dem alij: sed ex ijs capti fuerunt nonnulli, è quo-
rum numero fuit Prouincialis quidam, Cifronius,
quo tanquam internuncio & interprete utebatur
Campobachiū ad Lotharingum, in ijs, quæ cum
ipso communicaret. Eum illico suspendi uibet Ca-
tolus, affirmans, quod simul atq; circumfessum est
à Principe oppidum aliquod, & tormentis oppu-
gnatum: si quis tum in illud ingredi, & obfessis os-
pem ferre studeat, hoc ei esse capitale. Hanc dicebat
esse militiæ legem. Verum ea non est apud nos usi-
tata, quanq; alioqui nostra bella sunt grauiora Ita-
licis & Hispаниcis, quibus in regionibus ea lex lo-
ci habet. Ille, cum se deploratum esse uidet, nunciat
Carolo, se quædam ei dicturum esse, quæ ad ipsius
pertineat salutem. Eum sermonem nobiles aliquot
deferunt: & tum forte aderat Campobachiū, qui
de Cifronij periculo certior factus, diligenter obser-
uabat omnia, metuens ne proderetur. Carolus re-
spondit, eum seruandi sui causa colloquium obdus-

g iij cere,

cere, simul, quid uellet, iubet sibi per alios nunciari.
Hunc sermonem excipit Campobachius, & collaudat: solus enim cū scriba quodam aderat. Cifronius ait, se nemini, præterquam ei soli dicturum esse. Carolus in sententia persistit. Inter eundum multos ille obtestatur, ut Principem permoueant; habere se quod ei dicat, graue quiddam, & tanti momenti, ut nihil suprà. Ex ijs qui nouerant, multos ad misericordiam flexit, & hi denuo interpellaturi Carolum, excludebantur à Campobachio, qui pro foribus curibuli uersabatur, & aditu prohibebat omneis, afixi firmans, mandatum esse principis, ut è medio tolles retur: simul tribunum militum urgebat, ut acceleraret supplicium. Itaq; suspēsus ille fuit, summo cum detimento Caroli, qui si humanior fuisset, & dicenter placide audiisset: haud dubie se suasq; prouinias omnes seruasset, præsertim, cum per Galliam multæ postea difficultates & incommoda sint exorta. Sed est credibile, Deo longe aliter uisum fuisset, postea quam ille contra fidei & iuris iurandi religionem, Connestablium in potestatem regis tradidit, & literis iudicium instruxit in illius caput atq; fortunas omnes. Nam etiā iustissimam habebat ostendit causam in illum: tamen, quod data fide cepit, ac deinde uendidit, nulla prorsus ratione potest excusari. Vendidit enim, non tam ut Sancto quintinum recuperaret, & illius facultates acquireret, quam, ut ne quod impedimentum à rege sibi inferretur, quod minus

minus Nanceium occuparet. Nisi enim pactioni staret, minabatur ei Rex per legatos. Et sicut apud Nanceium iniquè iussit necari Cifronium, repudiato colloquio; sic etiam eodem ferè loco circumuentus fuit, & proditus ab eo, cui plurimum tribuebat. Hec autem omnia scribo, nō quòd iudicium illum mihi sumam (hoc enim soli Deo conuenit) uerum, ut demonstrem, quantopere Principes oporteat esse alienos ab eiusmodi facinoribus, quale uidemus à Carolo fuisse commissum, & ut ne prauis consilijs obtemperent. Nec enim raro fit, ut ipsorum familiares ad huiusmodi res eos impellant, partim adulazione, partim metu ne offendant: sed eiusmodi consiliarij nullum est genus hominum perniciosius. Diximus, quemadmodum Deus cōstituit Campo-bachium, ut ulcisceretur Connestabli necem, eo ipso loco, & eadem plane ratione, qua Carolus fuerat usus, imò crudelius etiam. Nam eum ille, à quo benignissime fuerat exceptus, & senex, & omnium rerum egenus, & exul, & à quo innumeris erat affectus beneficijs, proddidit. Et principio, quum ad eam rem animum adiecit, aperuit se Simoni Papensi, medico, & reuersus ex Italia cum equitatu: constans in suscepcta deliberatione, pollicebatur se trasditurum esse Regi omnia, quæ Carolus per Lotharingiam cepisset: aut si Rex cum exercitu in illum iret: certo signo dato, cum suis copijs ad ipsum esse transiturum. Deinde, se uel capturum esse illum, uel

inter

interfecturum primo quoq; tempore , cum esset lus stratus exercitum, qua quidem in re non facile potuisse aberrare. Habebat enim hunc morem Carolus, ut simul atq; descendisset ex equo : commoratus alicubi in castris , ademptis grauioribus armis, & leuiori equo uestus , cū paruo comitatu circumiret omnes copias , & rebus necessarijs prouideret. Eam noctus occasionem , facile poterat ille , quod uolebat, perficere. Rex autem perfidiam hominis detestatus , & quòd inducīæ erant , & quòd ignorabat, quamobrem ille suam operam, in re tam impia deferret: uoluist omnino liberaliter agere , & per Cōtæum prolixè omnia Carolo significabat, neq; dubito , quin ille diligenter & ex fide recitarit. Carolus autem aliorum accipiens, dicebat, quòd si reuera istud ageretur, Regem non sibi fuisse denunciaturum. Et istud quidem multò ante, quam Nanceium ille ueniret, accidit, tantaq; fuit ipsius obstinatio, ut arbitrer eum nihil unquam eius rei dixisse Campobachio. Nam ab eo tempore plus ei, quam unquam alias , tribuebat. Obsidebatur Nanceium tempore hyberno cum paucis copijs , & male instructis , & plæriscq; ægrotis. Ex primis ordinibus nonnulli consiprauerant in eum, ut diximus: multi etiam indigabantur (quod rebus aduersis euenire solet) & reprehendebant eius omnia consilia : sed in eius capit & uitam, nemo preter Campobachium, moliebatur. Lotharingus interea sollicitabat Heluetios

pro

Pro auxilijs, ut prælio dimicaret. Ad eam rem prompta quidem erat illorum uoluntas: & solum restabat, ut pecunia conficeretur. Rex causam eius apud Heluetios magnopere per legatos commendabat, & simul quadraginta francorum millia suppeditabat. Campaniæ quoq; præfectus, habebat per ditio-
nem Barensem circiter octingentos cataphractos, & magnam manum sagittariorum. Itaq; Lotharin-
gus ad eum modum adiutus à Rege, magnas con-
duxit Germanorum copias, tam equitum quam pe-
ditum: adiunxit etiam se illi magna Gallorum no-
bilium manus. Qui per Campaniam erat Regis ex-
ercitus, non se quidem commouebat: sed euentum
belli expectabat. Tandem Lotharingus cum insig-
gni Germanorum comitatu, uenit Sanctonicola-
um, qui uicus à Nanceio duobus milliaribus abest:
Erat id temporis in Gallia Lusitaniae rex, in nos-
num mensem. Cum eo Ludouicus rex foedus ini-
erat aduersus Hispaniarum regem, eum, qui ho-
die rerum potitur. Et Lusitanus quidem, spe conse-
quendi auxilia uenerat, quo bellum ex Cantabria
uel Nauarra in Castiliam moueret. Tenebat enim
loca quædam & arces in finibus, & arbitror fœlici-
ter eum fuisse belligeratum, si Rex, ita ut aliquo-
ties constituerat, eum adiuuasset. Cùm uero muta-
ta Regis uoluntate, per annum aut eò amplius fru-
stra sperasset; domi quoq; res ipsius magnum acci-
piebant detrimentum. Nam quo tempore in Galli-

b am dī

am discessit: plerique omnes Lusitaniae proceres rebus ipsius fauebant. Verum ubi diutius abesset: languidores facti, cum Alphonso & Isabela, qui nunc Hispanias obtinenter: paciscebantur, Rex autem, quod minus opem ei ferret, in excusationem adduxit bellum Lotharingicum, sequebatur uereri dicebat, ne si Carolus hostem fœliciter oppugnaret: tota belli moles in Galliam transferretur. Lusitanus igitur, uir bonus, quod facilius quod petebat consequeretur: legationem sibi ad Carolum consobrinum suscepit, compositionis tentandæ causa. Nam contra plurimorum sententiam in Gallias abiuerat, ideoque pudebat eum redire domum, nulla re perfecta. Ingressus iter grauissima hyeme, uenit ad Carolum ante Nanceium, & expositis, quæ acceperat à Rege mandatis, offendit in eo summam difficultatem. Commoratus ibi per biduum, parat abitionem. Carolus instabat, ut aliquandiu differret, & Pontemontij (quod à Nanceio quatuor milliaribus abest) subsisteret, eumque aditum seruaret. De Germanis enim, qui erant Sanctonicolai, iam intellexerat. Ille excusans, dicebat, nec armis ad eam rem, nec copijs, nec uilla re necessaria se instructum esse. Reuersus igitur Luteciam, quum diu restitisset ibi: cœpit male suspicari de Rege, quasi insidiose ageret, & aduersario suo, Castiliæ Regi se cogitaret prodere. Mutatis ergo uestibus, ne agnosceretur, tribus tantum comitatus, constituit proficisci Romanam

mam, & ibi monasticum uitæ genus amplecti. In itinere comprehensus fuit à Robineto Normanno. Rex eo nuncio valde fuit offensus, & non nihil cum puduit. Iubet igitur naues aliquot a mari in Normannia, quæ domum ipsum reducent. Causa belli, quod gerebat cum Hispano, hæc erat. Habebat è sorore Henrici Castiliæ Regis, uxore, neptem. Eam Isabela soror Henrici excludebat à successione & principatu Castiliæ, & ex adulterio natam esse dicebat. Percrebuit enim fama, Henris cum fuisse corpore male affecto, sic ut liberos procreare non posset. Et quanquam sub specie matris monij nata erat ei filia: Castiliam tamen obtinuit Isabela cum marito, Arragoniæ & Siciliæ Rege. Hanc puellam neptem suam, Lusitanus cupiebat in matrimonium dare filio Ludouici regis Carolo, qui nunc rerum potitur, eaç de causa uenit ad Regem, & quum infecta re discederet: ualde indoluit, nec multò post, quām domum redierat, è uita discessit. Diligenter itaq; prouideredebent Principes, quos mittant legatos. Nam si illi, quos in Galliam prius miserat, foederis ineundi causa, fuissent homines prudentes ac circumspecti: diligentius explostrassent de rebus nostris omnibus antè, quām Principem ipsum, ut eam profectionem susciperet, hostarentur. Quum illud inter Regem & ipsos iniretur foedus: aderam ipse mandato Regis, cum alijs nonnullis. Hanc narrationem licebat præterire: sed

h ij uolu;

uolui demonstrare, quod antea non semel dixi: Nō
 debere Principes ipsos eiusmodi profectiones obī-
 re, neq; se alterius potestati subīcere. Vix iter diei
 processerat Lusitanus, quum Lotharingus & Ger-
 manorum exercitus discederent Sanctonicolao, ut
 manus cum Carolo consererent, Eo autem ipso die
 uenit eis obuiam Campobachius, ut institutum
 perficeret, & cum octingentis Cataphractis transiit
 ad eos, indignè ferens, quod nihil atrocius in Caro-
 lum designasset. Qui Nancei obsidebantur, ad de-
 ditionem spectabant, sed certiores facti de Campo-
 bachij defectione: ceperunt sperare melius. Nam in
 fossam oppidi quidam se coniecit, ad eosq; penetra-
 uit, & de Campobachio ac Germanorum auxilijs
 nunciabat. Aduentante hoste, Carolus, præter mo-
 rem ferè, concilium indicit. Plurimorum hæc erat
 sententia, ut Pontemontium se recipere cum exer-
 citu, & quæ passim circa Nanceium tenebat oppī-
 da, præsidijs muniret: Germanos, importatis in op-
 pidum cibarijs, domum esse reddituros: fore, uti Lo-
 tharingus pecunia destitutus, longo tempore non
 possit tantas denuo copias colligere: alimoniam au-
 tem omnem intra paucos menses consumptam irit:
 & oppidanos in maiori tum difficultate & angu-
 stijs rerum omnium esse futuros, quam prius: Inte-
 rea tempus & ocium ei superesse, augendi exerci-
 tus. Vix enim quatuor habebat hominum millia
 in uniuersum, ex hisq; mille tantum & ducenti erant
 iulou ad præ-

ad prælium instructi & idonei, ut ex fide dignis accepī. Non deerat ei pecunia, nam in arce Lutzenburgi habebat ad quadringenta & quinquaginta aureorū millia, quò facilius potuisset copias conduce. Sed perturbauit eius mentem Deus, ac ueluti tenebris circumfudit. Nam incitatus à nonnullis penè furiosis, & omnium deterrimum secutus consilium: decreuit periclitari fortunam, & dimicare cum exiguis, quas habebat, & male instructis copijs: tametsi de uiribus ac numero hostium, & de Regis exercitu, qui non procul aberat, diligenter esset præmonitus. Vbi Campobachius ad Lotharingum transijsset cum suis cohortibus: Germani denunciant ei, ut è castris excederet, propterea quod proditorem nullum uellent apud se ferre. Coactus igitur, recepit se Condium, quod est castellum in propinquuo, sperans fore, ut Carolus profligatus & fugiēs, in suas manus incideret. Decreuerat autem uel interficere illum, uel capere: postquam id difficilius uisum est, neq; facultas perficiendi dabatur: constituit, commisso prælio, transire statim ab eo ad hostem, ut subita illa & inexpectata defectione, totum exercitum uehementius perterrefaceret. Hoc etiam pollicitus erat, si profugeret ille, non esse incomitum euasurū, eò quod è suis familiaribus esset dispositurus ad quatuordecim equites, homines maximè fidos. quorum alij, progradientibus ad pugnā Germanis, fugæ facerent initium: alij uero diligenter &

ter & intente illum obseruarent, ac fugientem interficerent. Ex ijs, quibus hoc erat mandatum officij, treis equidem noui. His rebus procuratis, redit ad exercitum Caroli, quem deinde uenientibus Germanis deseruit. Atq; hinc uidere licet, in quantas angustias & periculum se coniecerit Carolus, dum recte consulentibus non obtemperat. Posteaquam propè & in conspectu constitissent ambo exercitus: Burgundiones, qui duobus ante prælijs uicti, et pauci admodum erant, & male instructi, primo statim concursu fuerunt profligati. Quos fuga periculo non eripuit, ij uel capti fuerunt omnes, uel interempti. In his fuit etiam Carolus. Et quoniam ei prælio non interfui, quemadmodum sit imperfectus, non facile dixerim, sed ab ijs tamen audiui, qui uiderunt eum ex equo deiisci, & quod capti essent: non poterant opem ferre. His quidem præsentibus, non fuit occisus: uerū superueniente postea noua cohorte interemptus, & in magno cadauerū numero, cum nō agnosceretur, denudatus est. Torquem illius quēdam, ualde præiosum, & eleganter fabrefactum, quem collo gestare solebat, & honorifice circumferre: uidi postea Mediolani, quo in loco duobus aureis uenditus fuit. Ethic quidem est exitus potentiissimi Principis, quo maiorem ad uicinos Reges atq; populos authoritatem nemo habuit. Qua potissimum re Deum in se uehementius concitarit: nō facile dixerim, nisi quod omnem, qua fruebatur, fœlicitas

1477.

licitatem, à suo pendere putabat ingenio & uirtute. Praeditus erat sanè multis extimis dotibus; operam dabat, ut homines excellenti uirtute familiares haberet; multis cupiebat benefacere; suorum negotiis & controuersias cognoscebat ipse; & liberaliter eos audiebat. Quamdiu cum eo uixi, ingenio erat satis placido; postea uero crudelior euafit, quæ quidem res indubitati erat signum futuri occasus. In cultu corporis & uestium luxu, alijsq; rebus omnibus prope nimius erat; legatis & externis hominibus magnū deferebat honorem; cupidissimus erat gloriae; eaq; fuit præcipua causa, cur bella susciperet. Hoc enim spectabat in primis, ut sicut priisci quidam heroes, celebraretur. Animi magnitudine & robore & audacia nulli cedebat. Non facile dixerim, illi ne Deus, an ipsius populo magis fuerit iustus. Interfectus enim ipse fuit, ut diximus, temporis ferè punto, sine ullo maiorí cruciatu; Sed eius prouinciae, ab eo tempore, perpetuis bellis disuexantur, à quibus, ob ciuiles inter ipsos factiones, non possunt expediri. Deinde, qui nunc eos propugnant actuentur, sunt homines externi, nempe Germani, qui paulo ante fuerant hostes. Breuiter, à morte Caroli nullam experti sunt firmam amicitiam: & si quis eorum intueatur actiones; uidentur non minus perturbata esse mente, quam ipse Carolus. Repudiatis enim optimis quibusq; consilijs, in suam ipsi perniciem moluntur; & qui nunc est rerum

rum status: uidentur uix egrè plagam hanc esse cutaturi. Sic igitur sentio, Deum, prout uult affligere aliquam gentem: tribuere illis principem, & accommodare. Burgūdicus populus, longe florētissimus fuit sub tribus ordine principibus, optimis & prudenterissimis uiris, supra centum & uīginti annos. Tandem uero Deus excitauit eis Carolum, qui continuis bellis, laboribus atq; sumptibus eos exerceuit, defatigauit, & exhausit, hyeme p̄sertim. Ante No uesium autem factum fuit initium calamitatum, quæ deinde tribus aut quatuor aduersis prælijs durarunt, donec interficeretur. Quo quidem tempore sic erat debilitatum ipsius omne robur atq; potētia, ut omnes, in quibus aut aliqua facultas erat, aut uoluntas preclara: uel mortui essent, uel capti, uel graviter afficti. Vidi equidem, & cognitam habeo potissimum Europę partem: sed florentiorem nullā nō ui prouinciam, quam eranthæ Caroli ditiones, quo tempore in ihs uixi. Et nunc ecce, Deus tam insigne & potentem familiam, ac clarissimorum uitiorum domicilium, nostro orbe celeberrimum & honoratissimum, per centum & eò plures annos, breui temporis puncto, planè subuerit. Quum reliqui omnes círcum populi diuexarentur bellis, alijsq; in cōmodis: hæc sola domus fœlicissima semper fuit, ita quidem, ut externi multi Principes, ad eam, uelut in opportunissimum portum, è fluctibus & tempestate sese reciperent. Ludouicus Rex adolescens,

cum

cum à parente suo dissideret; ad Philippum Caroli patrem sese contulit, honorifice admodum et amanter ab eo, per sex annos habitus. Eduardī Angliæ Regis ambo fratres, Clarentius & Clocestrius, & è Lenclastris multi, rebus aduersis, opem & patroci nium ab hac domo petierunt. Breuiter, ingens fuit eius familiæ splendor & gloria. & nunc ecce miserabiliter est afflcta, sic, ut uicinis omnibus exemplo esse possit. Est nimirū Deus, à quo salus regnorū omnium, & incrementum, & occasus, & initia depēdent.

P H I L I P P I C O M I N A E I
commentariorum Liber
Octauus.

Ex nuper in Gallijs instituerat cursores, qui per dispositos equos, incredibili celeritate iter conficerent, rem plane nouam & inusitatam in Gallijs, ante id tempus. Per eos illico de fortuna Caroli cognoscet, & singulis penè momentis expectabat certiora de rebus omnibus. Ei, qui primus omnium aliquid memorabile attulisset, munus aliquod dabat, & prius quam aliquid adferretur: dicebat se liberaliter ei, qui primus nunciasset, daturum. Per Bocagium & me certior factus fuit de prælio, ad Moratum factio-

i & utruncq;

& utruncq; insigni dono cohonestabat. Ludæus, qui
foris cubabat extra Plessium castellum: de cursoris
aduentu primus cognovit, & quod honesto loco
erat apud Regem, obtinuit à cursore literas, qui-
bus de prælio Nanceno significabatur. Prima sta-
tim luce, Regi dat eas literas. De morte Caroline
mo confirmabat: in hoc autem omnes consentie-
bant, eum fugisse. Rex eo nuncio sic fuit exhilara-
tus, ut nihil suprà. Hoc unū modo uerebatur, quòd
si captus esset à Germanis, ne cum eis, data pecu-
nia, pacisceretur; deinde, ne prorsus euafisset, metu-
ebat. Proxima deliberatio fuit, an ditiones illius es-
set occupaturus, in eaç re minimam esse putabat
difficultatem, plæriq; omnibus, qui resisterent, per
illa superiora prælia, imperfectis. Qui cum Rege ce-
rant, omnes dabant significationem læticiæ: sed
plæriq; uidebantur sibi uim ipsi facere, & utcunq;
dissimularent, maluissent certe Caroli res meliori
esse loco. Cuius quidem rei causa fortasse fuit, quòd
rex natura timidior erat, & idcirco uerebatur, ne so-
lutus omni metu, multa moueret domi atq; turbaz-
ret. Ex ijs etiam qui aderant, nonnulli unà cū Galliq;
principibus & Carolo, ipsum oppugnauerant. Ha-
bita deliberatione, post peractum sacrum, in cubicu-
lo prandet, multis ad mensam, pro sua cōsuetudine,
adhibitis. Inter prandendum loquebatur de rebus
nouis. Hic ego cum alijs nonnullis obseruabam di-
ligenter uultus eorum, qui prandebant: Sed ne u-
nus

nus quidem hilariter sumebat cibum. Mœrore ne
istud fecerint, an lætitia; non facile dixerim. Pudore
certè nullo faciebant, nam consueuerant omnes
cum eo prandere saepius. A prandio secedens alii
quandiu, nonnullis, Caroli possessiones quasdam,
si mortuus esset, donabat. Amirallium autem &
me, cum amplis & necessarijs mandatis dimisit, ut
eos, qui se uellent in ipsius clientelam atq; fidem da-
re, reciperemus: potestate nobis facta, ut quicunq;
inter eundum nobis occurrerent cursores; eorum
resignaremus literas, quo de rebus omnibus certi
aliquid cognosceremus. Ingressi iter asperrima hye-
me, uix dimidij diei uiiam processimus, cum occur-
rit tabellarius. Acceptis ab eo literis, intelligimus
Carolum inter alios repertum fuisse mortuum, &
agnitum à quodam adolescenti cubiculario, & me-
dico Lusitano, per quem Campaniæ præfectus cer-
tior factus, hoc ipsum Regi significabat. Progressi
contendimus ad Abbeuillæ suburbia. Per nos pri-
mum, ijs locis resciuerunt de illius morte. Oppidan-i
sam ceperat pacisci cum Torcio, uiro nobili, quem
à multis annis magnopere diligebant. Qui præsi-
dio relicti fuerant ibi à Carolo: per internuncium
à nobis præmissum, de compositione nobiscum a-
gebant, & nostris pollicitationibus confisi, quadri-
gentos cataphractos illinc remouerunt. Hanc op-
portunitatem conspicati ciues, Torcio patefaciunt
urbem, non absq; magno dispendio eorum, quos

i ij antè

antē diximus, quibus, mandato regis, & pecuniam,
& annuam eramus polliciti pensionem. Sed earum
rerum nihil acceperunt, propterea quod per ipsos
non erat facta deditio. Est autem Abbeuilla, ex ijs
oppidis unum, quae Ludouici pater Philippo prin-
cipi dederat, ea lege, ut si nulli extarent masculi ha-
redes, ad imperium Gallicum redirent. Non debet
igitur uideri mirum: si facilem nobis aditum præ-
berent. Inde profecti Dorlanum, sollicitamus Atre-
batum, Artesiaē primam urbem, ac uetus Comitum
Flandriæ patrimonium, cuius quidem regionis im-
perium, ad fœminas non minus quam ad mares de-
fertur. Rauestenus & Cordæus, adiunctis aliquot
primarijs ciuibus, collocutioni nobis diem consti-
tuunt, in uicina quadam Abbatia. Mihi cum non
nullis alijs iniunctum fuit, ut actioni interesse. Et
quia parum erat spei, confici posse negocium: non
ibat Amirallius ipse. Nostra postulata hæc erant, ut
urbem nobis patefacerent: prouinciam illam om-
nem, morte Caroli, ad Regem pertinere: si recus-
sent, periculum esse, ne cogantur: cæsum esse prin-
cipem, & exercitum, tribus aduersis prelijs deletum
prope omnem. Illi contrâ, per eius urbis atq; sena-
tus præsidem demonstrant, quemadmodum inde à
Margaritha, quam Philippus, cognomēto Fortis,
in matrimonio habuit, iure successiōis, Artesia om-
nis delata sit ad Caroli filiam hæredem, orant igi-
tur, ne quas cum Carolo Rex fecisset inducias, uios-
laret.

laret. Non fuerunt multa inter nos commutata uerba; nec inopinatō nobis responsum istud oblatum fuit, & præcipua causa collocutionis hęc erat, ut per eam occasionem quosdam ad nostras partes traducemus. Nec infeliciter quidem iste conatus cedit. Reuersus ad Amiralium: cognoui, Regem aduentare, qui paulo post nos ingressus fuit iter, & litteras huc illuc, tam suo, quam alieno nomine scripsérat, quibus euocabat certos homines, quorum opera sperabat se posse ditiones illas omneis in suam potestatem adducere. Magnam enim animo conceperat lætitiam, quod aduersarios omnes uidebat ē medio sublatos esse. Connestabliū, & Duce Nemoresem, & alios nōnullos capite mulctauerat: Frater, Aquitaniæ Dux, ē uita decesserat: Andegauensis familia omnis erat extincta: cuius postremi fuerunt Príncipes, Renatus Siciliæ Rex, Ioannes & Nicolaus Calabriæ Duces, eorum propinquus, Cenomanorum & Prouinciæ Comes. Horum omnium facultates ad ipsum erant delatae. Sed quod potentior erat Burgundica domus omnibus alijs, & quod grauiora bella gessit, Anglorum ope, in Gallijs, per annos triginta duos: & quod maiores habebat ob propinquitatem occasionses diuexandi Galliam: eò grandior etiam fuit & uberior Regis lætitia, oppresso Carolo, sic, ut uicinos circum populos nihil iam magnopere formidaret. Pacem enim nuper fecerat cum Anglis, & eam studebat confirmas-

i iii re. Sed

re. Sed dum in hac securitate uersatur: hoc solum
ad integrum fœlicitatem ei defuit, quod non ex æ-
quitate negocium gubernabat. Nam & si Deus
multis & claris indicij ostenderet, grauiter & acer-
bè se uelle Burgundicam domum atfligere: non id
circo tamen est, ut aliquis dicat, Regem, ita utopoz-
tet, in ea re progressum esse. In prouincias enim il-
las nihil habebat iuris: uerum amore & beneuolen-
tia, perq; connubium, aut iustum aliquem titulum,
licebat eas adiungere Gallis, & facillimè quidem,
in ea consternatione, & propè omnium desperatio-
ne, rebus afflictissimis. Eam rationem si fuisset in-
gressus: firmam & diuturnam pacem in Galliam
intulisset, & populum continuis bellis exinanitum,
magnopere recreasset. Dum uiueret adhuc Caro-
lus: non semel mihi Rex commemorabat, post mor-
tem illius, si uita superaret ipse, filium suum in ma-
trimonium se daturum esse illius filia: & si propter
teneriorem filij ætatem illa recusaret: se procuratu-
rum tamen, ut è Galliæ principibus alicui nuberet;
quò & hac ratione pacatam haberet omnem eam
regionem, & illa, quæ putabat ad se pertinere, absq;
grauiori ullo motu recuperaret. Hæcerat eius ad-
huc sententia, die octavo prius, quam de morte Ca-
roli allatum esset: uerum ab ea discessit, & longe alii
ter constituit, quo tempore Admirallium & me in Pi-
cardiam mittebat. Et quum nos deinde sequere-
tur: deferebantur ad eum crebri & iucundi nuncijs.
Nam

Namarces duę Connestablij, Hanium & Bohenium in eius potestate illico uenerunt: Sanctoquintius ultro deditioinem fecit: de Perona nihil dubitabat: & de uoluntate Cordæi spem certam habebat, Tonsorem quēdam suum Oliuarium, miserat Gandauum, & alios aliō, magna cum spe, sed plācū non respondebant expectationi. Cum propius ad Peronam uenisset: ibam ei obuiam. Præfectus oppidum mox patefecit: Per eum diem restitit ibi, & à prandio incidit in mentionem eius, quod Amorallius & ego apud Atrebates egimus, nec satis factum erat eius uoluntati, et iudicabat nihil nos pro pomedum effecisse. Incipit deinde commemorare, quemadmodum tonsorem suum Oliuarium misisset Gandauum, cuius opera & uirtute sit adeptus eam urbem: idē se sperare consequi posse multis alijs locis, per eos, quos dimisisset. Atq; ut stimulum aliquem adderet: Ludæum summisit, & quosdam alios, qui coram ipso, mecum super ea re disceptarent. Quanquam uero meum non erat, eius opinionem impugnare: tamen respondi, me uereri, ne Oliuarius, & alijs quos nominasset, in ijs urbibus nō perficerent, quod uellent. Id autem ideo dicebam, quod uiderem, eum sententiam mutasse, de qua supra diximus, & confisum secundiori fortuna, spem ingentem concepisse, omnia sine contentione occupandi. Cupiebat enim in primis Burgundicam dominum delere totam, & eius imperij prouincias omnes in

nes in multos huc illuc parti: simul eos nominabat, quibus Namurcum & Hannoniam, finitima Galliae loca, daturus esset. Quantum ad maiores ilias ditiones pertinet, Brabantiam & Hollandiam: constituit nonnullis Germaniae principibus, ut eas acquirerent, auxiliari, quos a se putabat non alios nos, quorum deinde opera uti posset ad perficiendum ea, quae moliebatur. His de rebus omnibus mecum non semel loquebatur, eò quod hortatus eram, ut alteram rationem, de qua supradixi, susciperet: & uoluit, ut causas, quamobrem id non faceret, quod suaseram, intelligerem: affirmans, hoc suum consilium esse longe utilissimum Galliae, que per eam familiam, propter ipsius potentiam, uehementer fuisse, multis nunc annis afflicta. Certe, si quis humana tantum intueatur & ciuilia: graues erant & magnae, quas adferebat, rationes. Ad æquitatem autem misericordienti, longe diuersum uidetur, tam etiamsi tanta erat in eo uis ingenij, ut magis prouidus & acutus nemo quisquam esset. Verum in rebus tam arduis, Deus Principum et Regum uoluntates gubernat, ita ut consilia sequantur accommodata ijs, quas cogitant deinde perficere, actionibus. Nam si beneficio Dei perficitisset in ea sententia, quam ipse met ante mortem Caroli iudicabat idoneam esse: non fuissent ea consecuta bella, quae tum temporis orta, ne hodie quidem consopita sunt. Sed actiones nostræ pacem nullam diuturnam merentur, qua frui

turi eramus alioquin, & huc, tanquam ad fontem,
referri debent calamitates nostræ, non autem ad ins-
cogitantiam Regis, qui sane circumspectissimus
omnium hominum erat. Hæc omnia paulò proli-
xius recito, ut demonstrem, super eiusmodi rebus
diu multumq; & grauiter esse deliberandum, ut
quod honestissimum est & æquissimum, amplecta-
mur. Sed in primis interpellandus est Deus atq; ro-
gandus, ut quod optimū est, nobis suggerat. Nam
ab eo cuncta pendent, ut & scripturæ testimonijs, &
ipso rerum usu doceri potest. Non hoc equidem a-
go, ut Regem incusem aut criminer, quasi minus
recte fecerit; nam fortasse multi alijs ipsius familia-
res in eadem cum illo erant sententia, quanquam
hoc certo scio, neq; tum, nec usquam alibi super ea
re disceptatū fuisse: Verum ita res habet, ut qui scri-
bunt historias, non respiciant ad laudem eorum, de
quibus loquuntur, & multi sæpe, quæ non exacte
norunt, prætereant. Et quantum ad me pertinet: ni-
hil sum dicturus alienum à uero, nihil quod uel ip-
se non uiderim, uel ab hominibus fide dignissimis
acceperim, in eoq; nullam habebo ratiōem affecta-
tæ laudationis. Certò enim cōstat, nullum esse prin-
cipem tam prudentem, qui non erret & labatur alis
quando, imò sæpenumero, si longior ei uita contin-
gar, ut ex illorum actionibus ac consilijs, si uere per-
scriberentur omnia, facile iudicari posset. Omnes
profecto omnium temporum senatores ac uiri pre-
k stantes,

stantes, qui uel fuerunt aliquando, uel hodie sunt, errarunt, & s̄epe errare possunt atq; labi. Testatur hoc experientia quotidiana. Rex cum prope Perosnam in quodam uico substitisset: prefecturus in opidum, mandabat mihi, ut ad Pictones & Britanis fines proficeret; simul hoc priuatim et secretō dicebat, quod si Oliuarius apud Gandauos nihil perficeret: si Cordeus etiam ad se non transiret: tum se incendijs uaestaturum esse Atrebates, omnemq; uicinum agrum, & ad Turones redditurum. Ante quam abirem, commendabam ei quosdam, qui meo impulsu & hortatu, ad ipsum transierant. Iis annuam pensionem pollicitus eram: & cum ipsis rum nomina accepisset à me notata, promissa præstítit. Erat cum ipso Ludæus, homo sui priuati comodi ualde studiosus, & Regi multis in rebus non iniucundus. Ille sic erat natura, ut sicut temere ipse alios fallebat: ita quoq; leviter persuasus, à multis s̄epe ludificaretur. Educatus fuerat cum Rege, à prima statim adolescentia, & artes, quibus ei placeret, optimè callebat. Is abituro mihi ad Pictones, mandato Regis, ut dixi: quid, inquit subridens, tu nunc discedis in hoc tempore, quo pulcherrime se offendunt occasionses amplificandi tuas facultates? Deferruntur ad Regem quotidie uaria negotia, in eiusq; manu est, quibus bene uult, & quos complectitur, temporis ferè momento locupletare: Quantum ad me pertinet: spero me futurum esse Flandriæ præfatum,

ctum, & totum me inaurabo. Magno cum risu pro-
nunciabat ista : Verum ego, quod metuebam, ne a
Rege manassent; nihil minus auebam quam ridere,
& pro re pauca locutus, respondi, fore mihi longe
gratissimum, si res bene succederent; sperare me, res
gem mei futurum esse non immemorem. Paulò an-
te, quidam ex Hannonia nobilis ad me uenerat, &
de quibusdam alijs, quos, ut ad Regem transirent,
literis sollicitaueram, certi aliquid attulit. Est mihi
propinquus ille, & uiuit adhuc, itaq; nomen non
proferam. Is inter alia paucis uerbis indicabat rati-
ones, quibus firmissima quaet; loca Hannoniae das-
ret in regis potestatem. Abiturus haec aperio Regi:
Locutus cum eo, dicebat mihi, nechunc nec alios,
de quibus dixeram, esse idoneos. nec ullus erat, in
quo non aliquid desideraret: ipsorumq; pollicita-
tiones iudicabat esse uanas, & ea quae deferrent
omnia, putabat se facile posse & breui, citra ipso-
rum operam occupare. Ludetus tamen ipsius man-
dato, cum eo nobili collocutus, initio statim roga-
bat, ecquid muneris habiturus esset ab ijs ciuitati-
bus, ut ipsorum causam regi commendaret. Erant
sanè diuersæ admodum utriusq; rationes. Alter ex
Hannonia uenerat, ut amplificaretur: hic uero non
modo nihil promittebat: uerum etiam, quasi bene-
ficium ultrò præstaret, uolebat remunerari. Asper-
nabatur tum eos rex, uerum incidit postea tempus,
quo magnò redemisset ipsorum operam; & opinor
k ij diuinis

diuinitus hoc etiam accidisse, ut ne ex animi uoto
omnia ei cederent, aut ne ditiones illas, quæ perti-
nent ad imperium Germanicum, occuparet. Quod
ei durabus de causis licitum non erat, primum, quod
ius nullū haberet, deinde, propter antiquū foedus,
pactum inter Cæsares atq; Galliarū reges: quod ip-
sum rex uidebatur non ignorare. Cum enim Came-
racum, & Quercetum in Hannonia, & quedā alia
teneret; ex ijs aliqua redditit, & Cameracū, cō quod
esset Imperij ciuitas, pristino iuri ac libertati restitu-
it. Et quanquam id temporis aberam: missus ad Pi-
ctones, ut suprà dixi, tamen ab ijs qui interfuerunt,
omnia plenè cognoui, deinde, quod utriusq; regiōis
morem atq; naturam ex aequo noueram: non erat
mihi difficile, quid ageretur, & quis esset futurus e-
uentus, intelligere. Oliuarius, tonsor Regis, Gan-
dauum profectus erat, ut diximus, cum literis &
mandatis ad Caroli filiam, ut priuatim ei loquere-
tur, eamēp; ad partes regis traduceret. In eo autem
summam sciebat esse difficultatem, nec etiam istud
potissimū agebat: uerum cō spectabat, ut Gandauū,
quam urbem nouit ad seditiones propensam esse,
magnum aliquem motū excitaret, præsertim, cum
in ordinem essent redacti superioribus annis, & ex-
uti priuilegijs: à Philippo quidem Principe, bellī
tempore, quod cum eo gelserunt: à Carolo autem,
quim debellatis Leodiensiibus, rediisset ad eos ui-
ctor. Hæc non ignorabat Oliuarius, atq; ideo in ma-
iorem

forem spem uenit, & secretō multos interpellabat, pollicitus, effecturū se, ut à Rege priuilegia omnia recuperarent. Publice uero nihil agebat, & hoc solum tentabat, si quid apud puellam posset anteā cōficerē. Post aliquot uero dies, iubetur legationis causam exponere. Venit igitur ad concilium, splendidius aliquanto uestitus, quam pro ipsius cōditione. Erant cum puella dux Clivensis, & Leodiensis Episcopus, & alij proceres, magno numero. Redditis puelle literis, iussus est exponere mandata. Refert si bi iniunctum esse, ut soli puelle loqueretur. Illi contra, & inusitatum hoc esse dicebant, & indecorum, eō quod & adolescētula esset, & innupta. Cum persisteret in sententia: illi incipiunt minari, & uelle cogere. Opinor, quo tempore literas in concilio reddidit, nondum præcogitasse illum, quid diceret. Ad hunc modum igitur discessit, non absq; Iudibrio. Pleriq; enim ridebant eum, & propter generis obscuritatem (nam originem habebat ex quodam uiaco, non procul à Gandauro) & ineptum sermonem. Certior autem factus, imminere sibi periculum, & fore, ut in flumen abiaceretur: profugit Tornacum. Quæ ciuitas, tametsi tum utebatur libertate: ualde tamen erat studiosa Regis, ad cuius imperium ita pertinet, ut quotannis ei sex francorum millia persoluat, alioqui libertate sua fruītur, & omnis gentis homines admittit. Ciues etiam & ecclesiastici ordinis uiri, possessiones ac facultates suas habent per

Hannoniam & Flandriā, uicinas regiones: Ideoq;
per ea bella, quæ Philippus Burgundiæ Dux gessit
cum Carolo septimo, Galliarum rege, soliti erant ei
dependere quotannis, ad decem francorum millia,
eamq; pecuniæ summam, uidi quum etiam Carolo
persoluerent. Sed in hoc tempore, quum Oliuarius
eò uenisset: immunitatem obtinebant. Atqui, non
tam Oliuarius, quòd munus iniunctum suscepisset:
quàm alij, quòd iniunxit, reprehendendi erant.
Et quanquam is fuit eius legationis exitus: tamen
uirtutem aliquam declarauit postea. Videbat Tor-
nacum esse finitimam urbem utrīq; populo: rebus
gerendis & diuexandæ Flandriæ opportunam, mo-
do præsidio aliquo teneretur equitum, quos in pro-
pinquo Rex continebat. Ut autem oppidani præ-
sidium aliquid ultro reciperen: sciebat frustrâ spe-
rari, propterea quòd neutrius erant factionis.
Nūciat igitur Oliuarius præfecto Sanctoquintini,
ut suas cohortes equitū, & alias è uicinis locis, Tor-
nacum adducat. Ii quum ad horam præscriptam eò
uenissent: offendunt Oliuarium, & cum eo circiter
quadraginta uiros, qui partim fauore, partim im-
perio & ui obiectum sepimentum amoliti: equita-
tum omnem intra portas admittunt. Eam rem non
multitudo quidem ciuiū: sed urbis præfecti graui-
ter tulerunt, è quibus octenos Luteciam misit: Post
equites, alij quoq; sunt ingressi, qui uillas & edificia
multa uastabant incendijs, maiori ferè cum detri-
mento ciuium, quàm hostiū. His iniurijs incitatii
Flandri,

Flandri, Geldriæ ducem, è carcere, in quem à Caro-
lo coniectus fuerat, eripiunt, & copijs præficiunt.
Vbi Tornacum uenissent: primo statim concursu
in fugam coniecti fuerunt, multis imperfectis, & ip-
so quoq; Principe occiso, dum postremis laboran-
tibus opem ferre conatur. Alius quispiam, maiori
ingenio predictus, quam Oliuarius, nō erat fortasse
rem tantā perfecturus. Apparet certè, Deum, in ista
quidem actione, perturbasse mentem Regis. Nam
si maiori deliberatione fuisset usus, & illam cupidiz-
tatem atq; uindictæ studium, quando Burgundia-
cam domum uoluit delere totam, deposuisset: du-
bium non est, quin hodierno die, prouinciæ illæ
omnes penderent ab imperio Gallico. Recuperata
Perona, legati ad ipsum eò ueniunt, à filia Caroli,
omnes pariter, in quibus aliquid consilij aut digni-
tatis erat, idq; non admodum prudenti sane consi-
lio, quod tam frequentes simul uenirent: Sed ita es-
tant afflitti & consternati calamitatibus, ac morte
sui Principis, ut quid potissimum agerent, aut incis-
perent, ignorarent. In ijs legatis erat eius ditionis
Cancellarius, Gulielmus Hugonetus, summæ uir
authoritatis apud Carolum, & Imbercortus, quo
nō alium ex nobilitate noui, uel prudentiorem, uel
maximis rebus tractandis magis idoneum. An-
tequam publice Rex audiret, sollicitabat eos priua-
tim. Omnes demisse & reuerenter admodum, pro se
quisq; separatim responderunt, ut solent, qui metu-
unt.

unt. Sed illi, quorum facultates atq; possessiones longius aberant à Gallia: nolebant ullo pacto adstringi, nisi de matrimonio Delphini & puellæ, cuius ius erant legati, Rex pacisceretur. Cancellarius etiam & Imbercortus, quia cupiebant retinere auctoritatem, & quod facultates habebat in finibus Galliae: hic in Picardia, ille autem in Burgundia: dabant se Regi, & ab eius postulatis erant non alieni, suramq; operam ei pollicebantur: & si matrimonium perficeretur: quin ad ipsum plane transirent, non recusabant. Ea ratio quanquam optima erat, disperguit tamen Regi, qui & a grè ferebat, quod nō è uestigio ad se transissent: ueruntamen, quia cogitabat eorum uti quacunq; opera: dissimulabat. Cordæum, Atrebati præfectum, iam pridem habebat suis rebus fauentem. Eius consilium secutus, petebat à legatis, ut quòd facilior esset ad compositionem via: traderent sibi alteram Atrebati partem. Est enim urbs bipartita, muro, & fossa, & portis dirempcta. Post multam disceptationem, assentiuntur legati, in primis autem Cancellarius & Imbercortus, ac datis literis, Cordæum à fide & religione custodiendæ urbis eximunt, & ut eam in potestatem Regis tradat, iubent. Libenter ille & cupide imperata facit. Rex intromissus, illico mandat extrui propugnacula & uallum, aduersus alteram urbis partem. Cordæus cum suis cohortibus & signis militaribus oppido excedit, & liberum erat unicuiq; sequi quas cunq;

cunctę uellet partes. Ipse, quoniam arbitrabatur se non amplius iam obstrictum esse puellæ, propter acceptas ab eius legatis literas: constituit se totum regi dare. Nam originem ducebat ex Bellouacis, & quoniā morte Caroli urbes illæ omnes ad Somiam flumē redibant ad imperium Gallicum: putabat se, qui nomen & ortum ex ijs locis haberet, ad Regem honeste posse transire. Hac igitur ratione factus est regius, absq; criminè quidem, ut arbitror, nisi forte nouo iurciurando sese puellæ deuinixerat. Alij alies sunt hoc illius factum interpretati: quantum ad me pertinet, nihil affirmo. Hoc solum habeo comprehendit, fuisse eum à Carolo perductum ad summam dignitatem & maximas opes. Nam & totius Picardiæ, & multorum oppidorum erat præfectus: & à morte Caroli, eandem apud Regem obtinuit administrationem. Rebus Atrebati confectis, Hesdinum Rex illico circumfedit, & erat cum eo Cordæus, qui ante treis modo dies, eius arcis & opidi præfecturam gesserat, & suorum militum præsidio tenebatur adhuc locus. Qui intus erant, præse ferebant initio non uelle mutare imperium, ed quod religione et fide essent deuincti puelle. Sed cū per dies aliquot impetum sustinuissent: in collocationem cum Cordeo, sub cuius imperio nuper fuerant, ueniunt, ac deditioñem paulò post faciunt. Nam consultō gerebantur omnia. Boloniām deinde rex proficiscitur, et similī plane ratione occupat,

tametsi periculi plenum erat hoc institutum, si mo^do præsidium ullum in oppido fuisset. Dum ibi per quinq^{ue} circiter dies in oppugnatione commoratur: Atrebates incipiunt agnoscere & uidere periculum: nam undiq^{ue} cincti erant hostibus. Vicinas igitur urbes, Douacum & Insulas, de auxilijs interpellant. Douaci erant aliquot equitum cohortes, & cum his Vergaeus, nobili genere natus. Hi omnes eauaserat ex prælio Nanceno. Constituunt igitur Atrebatum proficisci, coactis circiter trecentis equitibus, & sexcentis peditibus. Douacenses oppidanii, fero^ciores id temporis, cogebant eos inuitos, meridiano tempore discedere, stulto plane consilio. Nam omnis illa regio est planissima, & longè latec^p patet prospectus, & est inter uallum quinq^{ue} milliarium. Quod si de nocte fuissent profecti: perfecisset quod cogitabant. Qui Atrebati erant in præsidio, Ludeus & alij nonnulli, certiores facti de illorum aduentu, statuunt obuiam eis properare, & omnia potius periclitari, quam ut sinant eos in urbem ingredi. Videbant enim, se non posse alioqui alteram oppidi partem, quam custodiendam acceperant a Rege, tueri. Et licet periculosum esset ipsorum incepturn: strenue tamen et magna cum uirtute hostem adoruntur, & profligant, plærisc^q omnibus aut interfescis, aut captis, in quibus fuit etiam Vergaeus. Postridie, rex illuc accessit, magnopere exhilaratus eo nuncio. Captiuos omneis in suam potestatem recipit, &

pit, et ex peditum numero multos interfici iubet, ut
alijs, qui círcum erant, terrorem atq; metum infer-
ret. Vergæum autem in carcere diu detinuit, qui ta-
meti arctissimè custodiretur & uincus erat; addu-
ci tamen non potuit, ut ei fidem daret, cumq; per
annum & eò amplius in uinculis fuisset, uix tan-
dem expugnatus precibus matris, morem gessit, &
prudenter quidem. Rex & amissas facultates ei re-
stituit omneis, & quas ad se pertinere dicebat, con-
cessit, & auxit annuis prouëtibus, ad decem franco-
rum millia, & munera multa publica donabat. Qui
in eo prælio fuga euaserant; in oppidum peruenes-
tunt. Rex igitur tormëtis, quorum uim maximam
habebat, eos oppugnat, & quia milite carebant atq;
præsidij: magnus eis timor incessit. A Cordœo plé-
rig; oppidanî erant non alieni: deinde fieri non po-
terat, ut cum unam oppidi partem Rex teneret; al-
tera sese tueretur diutius. Faciunt igitur deditio-
nem certis legibus, quæ parum tamen religiose
fuerunt seruatæ, Ludæi præsertim culpa. Pluris
mi enim ciues & alij honesti homines, in ipsius con-
spectu, supplicio fuerunt affecti, & Ludæus ipse
mihi confirmauit, se tum fuisse auctum uiginti au-
reorum millibus. Oppidanî præterea mutuo regi-
dabant ad sexaginta aureorum millia, sed opinor
eam pecunia summa eis fuisse redditam, ut Cas-
meracensibus, qui quadraginta millia prius dede-
rant. Interea dum Atrebatum obsidetur; filia Cas-

rolī erat Gandaui in potestate ciuium, magno certe
suo cum detrimento, & Regis maximo commodo.
Sic enim comparatum est, ut quod uni prodest: al-
teri ferē noceat. Nam Gandaēses, nunciata Caroli
morte, insolentiores facti, quod extra periculum se
positos esse credebant: seditione & protervè multa
designabant, senatoribus præcipuis, numero uigin-
ti sex, interfectis. Eius rei causam hanc adferebant,
quod pridiē capitīs poena mulctassent quendam ple-
beium, ac licet eam pœnam ille meritus esset: dice-
bant tamen eius rei potestatem ad ipsos minime
pertinere, extinto Carolo, per quem fuissent in
eum ordinē asciti. Ex necessarijs quoq; Caroli mul-
tos afficiebant suppicio, quorum nonnulli, me pre-
sente, Carolum aliquando placauerant, ne quod
constituerat, eius urbē bonam partem uastaret. Ab
his supplicijs ad puellam transeunt, & cogunt, ut
priuilegia, quæ & pater & auus Philippus ademe-
rant, confirmaret. Ea priuilegia perpetuam ipsis
materiam litis & contentionis præbent aduersus
Principem suū. Natura enim student suorum Prin-
cipum uiires infirmare, quos, dum paruuli sunt, as-
mant, grandiores autem auersantur. Mortuo Caro-
lo, si motus omnis uitassent, & Reip. salutem spe-
ctassent: præsidio militum haud dubiè munijssent
Atrebatum, & fortasse Peronam. Sed ad turbas tan-
tum & rebellionem, animum habebant intentum:
Veruntamen cum obsideretur Atrebatum, uene-
runt

runt ad Regem legati. Nam ex omni populo dele-
cti fuerunt nonnulli, qui de summa Reipub. tracta-
rent. Gandauenses tamen, qui puellam haberent in
potestate, pro suo arbitratu omnia gerebant. Illega-
ti, inter alia commemorabant, ea quæ de composi-
tione proposuissent: à puella esse profecta, quæ in
rebus omnibus decreuisset obtemperare consilio &
authoritati delectorum populi: Petebant igitur, ut
à bello tam Burgundico quam Atrebateni absti-
neret: ut ad certum diem indiceretur concilium, &
de pacificatione agerent, atq; ut interea bellum admi-
nistratio omnis cōsisteret. Rex, quoniam & se per-
uenisse putabat, quò uolebat, & milites omnes atq;
duces non ignorabat uel occisos esse, uel grauiter
afflictos: & quia multi puellam deseruerant, in pri-
mis autem Cordæus, quod summi erat momenti:
(Nā huius opera paucis diebus plus profecit, quam
alioqui longo tempore potuisset ui armorum) His
inquam de causis, legatorum postulata leuiter cōsi-
mabat. Deinde, si Gandauenses principatum et ad-
ministrationem obtinerent: non dubitabat, quin
reliquos omnes perturbaturi essent, quò minus re-
cte & feliciter bellum gererent. Nam homines uir-
tute aliqua præditos, & qui apud principem, hone-
stum obtinuissent locum, non modo non adhibe-
bant illi suis consilijs: uerum etiam acerbè perse-
quebantur, Burgundiones autem in primis, eò
quod in honore fuissent apud Carolum atq; Philip-

I iij pum,

pum, oderat infestissime. Ad hęc, sciebat quo essent
ingenio, & quemadmodum cuperent singulis tem-
poribus principum suorum potentiam debilitari,
modo ne detrimentum aliquod aut incommodum
ipſi acciperent. Constituit igitur alere seditionem,
& ipsos, ut tumultuose omnia facerent, impellere.
Nam erant imperiti rerum plaricę omnes, nec ul-
lum habebant usum, præsertim in negotijs tam ar-
duis, quum ipso interim nihil esset acutum magis &
prouidum. Dixerant legati, ut suprà docuimus, pu-
ellam uelle morem gerere consilijs, & stare uolu-
tati delectorum. Eum sermonem rex, ueluti funda-
mentum aliquod sibi sumpsit actionis, affirmans,
non recte ipsos, quæ uel puellæ mens esset, uel eos
rum, à quibus illa penderet, accepisse. Certò sibi con-
stare, illam ex arbitrio paucissimorum quorundam
esse facturam omnia, qui pacis minime sint cupidi,
& fore, ut hanc ipsorum orationem, illa non habeat
ratam. His auditis, legati, ut homines parum exerci-
tati, subito respondent: constare ipsis eorum, quæ
dixissent, rationem, et si res ita postulet, exhibitos
quæ accepissent à suis, mandata. Huic obijcitur,
proferrī posse literas, quæ confirmant, puellam om-
nia sua commississe quatuor duntaxat hominibus,
quorum sequi uelit authoritatem. Quum illi in sen-
tentia persisterent: rex monstrari literas iubet, quas
Cancellarius & Imbercortus attulerant, quo tem-
pore apud ipsum Peronæ fuerunt. Ex literis scriptæ
erant,

erant, partim à puella, partim ab eius nouerca, Edu
ardi Angliae Regis sorore, partim à Rauesteno; sed
exierant nomine & mandato pueræ, & quò maior
esset earum uis atq; fides: triplici erant scriptura no
tatae. Earum hæc erat sententia, primum: ut ihs, quæ
Cancellarius & Imbercortus dicturi essent, rex fidē
haberet; deinde, hanc suam esse mentem, ut negotiis
orum administrationem omnem, uellet esse penes
nouercam suam, & Rauestenum, et Cancellarium,
& Imbercortum, ideoq; petebat à Rege, ut per eos
quatuor tantum, ageret secum de rebus omnibus;
His literis inspectis, ualde fuerunt illi commoti, &
uehementer offensi, eamq; indignationem nostri
etiam idoneis uocibus augebant. Tandem fit eis
potestas literarum, ac nihil præterea cum ipsis actū
fuit. Nec uero ipsi multum de eo solliciti erant, &
ad res nouas tantum spectabant, nec qui futurus
esset exitus, præuidebant. Virbis Atrebatii iacturam
et amissionem debebant potius deplorare; sed quan
rum accepissent uulnus, ob imperitiam & rerum
nouandarum studium non sentiebant. Gandauum
igitur redeunt, ubi cum puella tunc erat Dux Cli
uensis, eius propinquus, etate grauis, qui & in ea fa
milia fuerat educatus, & pensionem annuam ha
bebat, sex aureorum millia, & frequenter ibi uersa
batur, honoris & officij causa. Per id uero temporis
ibi hærebant, spe matrimonij. Cupiebat enim in pri
mis pueram nubere filio suo; & si mores illius plas
cuissent,

cuissent, facile, ut opinor, impetrasset; uerum erat
 domesticè notus, ac fieri potest, ut ea quoq[ue] res im-
 pedimentum aliquod attulerit. Præter hunc aderat
 etiam Leodiensis Episcopus, è familia Borbonio-
 rum, & alijs complures. Indicto igitur concilio, cui
 puella præsidebat, legati quid egissent, exponunt:
 & illud in primis, quod ad ipsorum institutū perti-
 nebat, quemadmodum inter ipsos & Regem, ma-
 gna fuisse & acris, de uoluntate puellæ disceptatio:
 & quid tandem accepissent ab eo responsi. Eo ser-
 mone offensa puella, quum existimaret literas non
 fuisse exhibitas: constanter negat. Ibi statim ex ip-
 sis quidam è sinu profert eas literas, & palam in con-
 spectu omnium dat puellæ. Quo sane facto, quam
 esset illiberali ingenio, clare docebat, nempe qui
 modestissimam uirginem ad eum modum pudefa-
 ceret. Nam etiā si quid illa peccarat; ad ipsum tamen
 castigandi partes nō pertinebant. Quantus autem
 fuerit puellæ pudor, facile quiuis intelligat. Diuer-
 sum enim apud omneis dixerat, & ij, quorum facta
 fuit in literis mentio, Rauestenus & nouerca, et Cā:
 cellarius, & Imbercortus, aderant. Cliuensi & alijs
 nonnullis injecta fuerat aliqua spes matrimonij: Hi
 singuli magnopere fuerunt offensi, & tunc primū
 graues ortæ sunt inter eos dissensiones. Cliuensis
 putauerat Imbercortum suis rebus fauere: cogni-
 tum esse uidebat, odium in illum concepit. Sed &
 Leodi-

Leodiensis Episcopus, propter superiora bella mis-
nus amabat eum. Connestabli uero filius, Sancto-
pauli Comes, & ipsum & Cancellarium, eò quòd
parentem suum Peronæ tradidissent in potestatem
regis: oderat infestissime; deinde, Gandauenses erant
inimico in ipsos animo, nulla de causa, nisi quòd a-
pud Carolum in summo fuissent honore. Nocte igitur illa, quæ concilium hoc est insecuta, capti sunt
ambo, & licet præmoniti fuissent: periculum ta-
men uitare non poterant, quod alijs multis saepe ac-
cedit. Ut autem caperentur: opinor aduersariorum
impulsi aliqua ex parte factum fuisse. Gandauen-
ses, obseruata aliqua iuris formula, præter morem
suum, è senatu nonnullos deligunt, qui de causa co-
gnoscant. Et primum quidē interrogantur, cur A-
trebatū regi per Cordēum tradidissent. Ei quæstio-
ni non multum inhærebant. Nam neq; mouebat
eos debilitata potentia puellæ, neq; detrimenti ma-
gnitudinem intelligebant. Postposita igitur ea que-
stione, duo potissimum obijciebant: primum: quòd
in quadam controuersia & lite, sententia secundum
ipsos & Rempub. lata, pecuniam accepissent. Ad
hoc illi prudenter respondebant, se iudicasse in ea li-
te secundum ipsos, quòd aequitate & iure uince-
rent: non se prostituisse iudicium, nec ullum affe-
ctasse munus: oblatum uero non recusasse. Alter-
rum crimen erat, eiq; potissimum insistebant: Ipsos
& præsente Carolo, & per eius absentiam multa fe-

m cisse,

cisse aduersum ciuitatis priuilegia : quod apud eos
sanctissimo iure sit capitale. Hæc sanè criminatio
nulla nitebatur ratione. Nam neq; ciues erant illi,
nec ipsorum subiecti imperio, et si qua uel Carolus,
uel eius pater ademerant eis priuilegia, pactioni-
bus illud factum erat, post diuturna bella. Sed quā-
tumuis illi se purgarent : tamen, duabus postremis
de causis , damnati sunt capitis . Hac tam crudeli
sententia perterriti, quod unicum supererat reme-
dium : prouocant ad Regem & senatum Parisien-
sem, ut ea interposita mora , per amicos & necessa-
rios eriperentur periculo . Dum captiui detineren-
tur : subiecti fuerunt quæstiōne & tormentis, ac in-
tra sextum diem de capite ipsorum fuit pronuncia-
tum, & nulla ratiōe habita prouocationis , tres tan-
tum horæ fuerunt eis concessæ, intra quas de suis re-
bus ac salute cogitarent, postea deducuntur ad sup-
plicium. Filia Caroli certior facta , senatum adit, &
propemodum supplex deprecatur mortem. Quum
nihil proficeret: uenit in forum, ubi multitudo erat
omnis in armis , & ut miserabilior esset: cultu cor-
poris admodum neglecto, summum testabatur do-
lorem. Lachrymans igitur, passis crinibus, magno-
pere sollicitabat populum, ut illos sibi donaret. E
ciuibus multi eò inclinabant, alij cōtrà, sic ut ad con-
tentionem res atq; præsentem pugnam spectaret.
Eorum autem , qui supplicium uolebant , maior
erat numerus. Ii sublato clamore, carnifici manda-
bant,

bant, ut acceleraret. Desperata igitur salute, tristis
& afflita, propter iacturam summorum virorum,
domum redit. His rebus perfectis, Gandauenses
Rauestenum & nouercam, eò quod in his erant nos-
tati literis, quarum suprà meminimus: à puella sub-
mouent, & authoritatem omnem in illam sibi su-
munt, quod miserior erat eius conditio, tum propter
amissas urbes, tum quod in ipsorum esset potestate.
Videre autem licet in ipsorum actionibus insig-
nem stoliditatem cum malitia coniunctam. Nam
qui magistratum apud ipsos gerunt, & authorita-
tem habent: plerūq; sunt opifices, achomines ples-
bei, earum rerum omnium, quae pertinent ad Reis
publicæ gubernationem, imperiti. Malitia duabus
in rebus potissimum consistit, primum: quod suos
Principes cupiunt esse quam maxime infirmos &
tenues: alterum, quod simul atq; facinus aliquod
admisserunt, ac se inferiores uident: artem optimè
tenant, deprecandi culpam, ueniamq; petendi, in
eoq; nec sumptui parcunt ulli, neclabori. & quis
bus uti debeant intercessoribus, omnium homi-
num optime norunt. Interea dum Rex in Picardiae
finibus feliciter rem gerit: alter ipsius exercitus, in
Burgundiam quoq; bellum infert. Delectibus as-
gendis præterat Auraicæ Princeps, qui tametsi è su-
periori Burgundia genus duceret, tamen ab amici-
tia Caroli iam secundò discessit, & quoniam in us-
traq; Burgundia plurimum ualebat & facultatis

m ij bus

bus amplissimis, & gratia & clientelis: per opportunitatem Rex illius utebatur opera. Summae autem belli prefectus erat Cranius, qui premisso Auraicæ Princeps, per ipsius industriam & gratiam, non modo Diuionem, ijs locis firmissimam urbem: sed alia quoque inferioris Burgundiae omnia, & superioris nonnulla oppida deditione cepit: uerum Auxona, & alia quedam castella strenue sese tuebatur. Aurora magnè fuerunt propositæ conditiones, & amplissimi honores designati. Moverat ei litem auunculus de possessionibus aliquot & bonis, eaque controversia fuit ad Carolum introducta, qui conuocato concilio nobilium & doctorum hominum, aduersus ipsum pronunciauit. Ea re commotus, transiit ad Regem, qui inter alia promittebat ei restitutionem eorum, quæ sibi per iudicium erepta esse dicebat. Sed Cranius, Regis legatus, eorum bonorum nastus possessionem, tametsi crebro interpellaretur, etiam à Rege, tamen recusabat ea reddere, neque fore putabat, ut Aurora omnem illam prouinciam ad defectionem & rebellionem aliquando permoueret. Gandauenses, cum ad eum modum, ut diximus, essent tumultuati, & puellam in potestate haberent: nouum constituunt magistratum, ueteres loco submouent & proscribunt, in primis autem Burgundiae domus necessarios, nulla prorsus meritorum habita ratione. Illos autem omnes, qui ex Burgundia genus ducerent, acerbissime persequebantur, &

tur: Et cum rex totus in hoc esset, ut è familia Caro-
li plærosq; ad se quacunq; ratione traduceret: illi su-
is moribus & ingratitudine, et asperitate hoc ipsum
præcipue agebant, ut libenter isti ad Regem transi-
rent. Sed Geldriæ Ducem in primis, qui mandato
Caroli diu captiuus fuerat, eximunt è carcere, & ijs
copijs, quas unà cum socijs aduersum Tornacenses
educebant, præficiunt, & Tornaci suburbia ustant
incendijs, imperitè sanè & imprudenter. Quòd si
Atrebatum mature firmassent præsidio: rectè cum
sibi, tum toti prouinciae consuluissent. Nam eo ge-
nere belli, quod gerebant, nullum inferre poterant
Regi detrimentum, qui pecuniam nullam ijs locis,
aut uectigal, aut tributum imperabat. Geldrus igit
tur, ubi Tornacum uenit: ignem in suburbia con-
fecit. Erant urbis præsidio relictæ circiter quadrin-
genti cataphracti, qui discedentem hostem persecu-
ti, in fugam uerterunt. Sed Geldrus, magno uir ani-
mo, & singulari uirtute, conuerso equo inuestitus, ut
uiam suis expediret, interficitur cum multis. Filia
Caroli dicitur, eo accepto nuncio ualde fuisse exhibi-
larata. Nam fama percrebuit, Gandauensium hoc
esse propositum & uoluntatem, ut ei, nisi occubu-
isset, in matrimonium illam darêt. Qui lecturi sunt
ista, mirabuntur, non dubium est, quòd à morte Ca-
roli, ad hunc usq; locum, Anglorum mentionem
nullam feci, & alienum eis uidebitur, quòd illi Re-
gem ita sint passi occupare Boloniā, Atrebatum,

m iii Hesdi

Hesdinum, & alia loca munita, prorsus ad ipsorum fines, nec id modo, uerum etiam obsidione cingere Sanctomarum. Causa nimis est in promptu. Rex ingenij usi, multis partibus Eduardo praestabat: quanquam certe praeclarus & hic erat Princeps, octo praelijs uictor, quibus ipse pedes interfuit omnibus. Verum ea diuersis temporibus facta fuerunt, neque magna aliquam ipsius industriam requieabant. Semel enim parta uictoria, utebatur deinde pace, donec nouum exoriretur bellum: & Angliae consuetudo fert, ut intra paucissimos dies, commissio praelio, de summa belli decernatur. Gallie autem rationes longe erant diuersae. Nam praeter administrationem bellicam, oportebat Regem multis locis intentum habere animum, & quid uicini Principes molirentur, summo studio cognoscere, & obseruare. Sed in primis danda ei fuit opera, ut Angliae Regi satisfaceret, & crebre mittendae legationes, & donis ac pollicitationibus tentanda res, ut ne nostris ille negotijs & occupationibus se se immisceret. Anglis enim omnibus est quaedam animi incitatio & alacritas naturaliter innata, bellum in Galliam inferendi. Primum, quod illam ad se iure pertinere dicunt: deinde, propter amplissimam predam. Maiores enim ipsorum multas obtinuerunt insig-
nies per Galliam uictorias, & continuata possessione per trecentos ac quinquaginta annos: bonam & Aquitaniae & Normanniæ partem tenuerunt.

Et quan-

Et quanquam à Carolo septimo, Ludouíci patre, profligati sunt : tamen redierunt domum, onusti spolijs opimis, et nostris exuïjs amplificati, concepta spe certissima, redeundi aliquando. Sed profecto uix ægræ tales erant nostris temporibus habitu-
ti occasiones. Ludouicus enim Rex nunquam erat periclitaturus fortunam, nec eò descensurus, ut pre-
lio cum ipsis dimicaret, quod alicubi factum fuit, infelicitè, & magno cum Galliæ detrimento: Ve-
rum multò prudentius omnibus prouidisset rebus, ut uidere licet ex eo, quod suprà commemorauimus de pacificato Eduardo. Et quoniam hanc illorum cupiditatem ac ardorem gerendi belli non ignorabat: hoc sibi modis omnibus laborandum esse ui-
debat, ut ipsos in amicitia contineret, eos præser-
tim, qui uidebantur ad pacem magis inclinare, &
oblata munera non esse recusaturi. Pensionem igitur illam, quinquaginta aureorum millia, quotannis Londini, ad diem, & liberaliter persoluit Eduar-
do, & in ipsis familiares distribui iussit ad sedecim aureorum millia, & legatos illius, etiam si minus iucunda nunciassent, omni humanitatis genere, &
donis placatos dimittebat. Et quanquam aliqui sen-
tiebant hoc ab eo fieri, temporis extrahendi, & per-
ficiendi belli causa, quod ijs locis gerebat: tamen quæstus et emolumenti magnitudine deliniti, dissimulabant. Præter annuas enim pensiones dabat etiam intimis consiliarijs luculentissima dona, & is,
de quo

dé quo sāpediximus, Hauartus, accepit ab eo intra biennium, præter pensionem, ad uiginti quatuor aureorum millia. Ethi quidem omnes, accepta pecunia, regis quæstoribus dabant chirographa, quæ in ærario ponebantur. Vnus tantum Hastingius, Eduardo familiarissimus, ægrè potuit adduci, ut pensionem à nobis acciperet, ac uix tandem ei per suasum à me fuit; Nam quo tempore cum Carolo uersabar: perfeci, ut ad eius amicitiam adducatus, mille aureos pateretur sibi ab eo dari quotannis. Id ubi Rex à me cognouit: mandat, ut eum ad se traducerem, oblata etiam maiori conditione. Regem uero sicoderat, ut etiam à morte Caroli, rebus filiæ magnopere faueret, ac Eduardum, ut illi contra regem adesset, hortaretur. Coepi igitur eum sollicitare literis, & Rex pensionem ei designabat, duo aureorum millia quotannis, cum à Carolo mille tantum accepisset. Eam pecuniae summam defebat Petrus Claretus, uir nobilis & industrius, cui mandatum à rege fuit, ut tradita pecunia, chirographum postularet, quod demonstrari aliquando posset atq; uideri, quemadmodum & summus Anglie Regis cubicularius, et Cancellarius, & Ammirallitus, & magister equitum, & alijs multi proceres, pensionem à Galliarum Rege accepissent. Claretus diu multumq; & familiariter cum eo Londinio locutus, posteaquam mandata exposuit; obtulit ei, quam acceperat pecuniā; simul chirographum sibi dari petit.

petit. Quod cū ille recusasset facere: alter orat, ut salte breuibus aliquot uerbis regi significaret, se pecuniam accepisse, ne Rex, qui suspicionibus indulget, putet à se fraudem aliquam esse commissam. Tum ille: Quod petis, inquit, equū est quidem: sed tuus Princeps donum hoc ultrò mihi misit, nō rogatus à me. Si uis ut capiam, opus est, ut in uestem ipse mihi imponas: testimonium autem à me nullum aut literas es habiturus. Vt enim illud de me iactetur, & chirographum meū inter ratiōes questorum ærarij conspiciatur, minime committam. Claretus, cum aliud non posset, relicta illi pecunia, domum reuersus, quid egisset, exponit. Rex ægrē tulit, quod literas ab eo nullas obtinuisse: ipsum uero, qui recusasset dare, magni faciebat, eaq; fuit causa, cur ei deinde pensionem absq; chirographo persolueret. Adhunc modum tractabat Anglos: ueruntamen filia Caroli, fidem Eduardi & auxilium implorabat, eo usq; ut ille missō ad Regem legato, peteret uel pacem uel inducias cum ea fieri. Conuocato enim concilio, illi qui præmīum aut pensionem nullam habebant ex Gallijs, hortabantur eum, ne pusillam desereteret, sed auxilijs omnibus iuuaret. Eadem fuit multitudinis & populis ententia, qui & ludificari se à nobis, & matrimonij spem nullam subesse dicebant: In collocutione prope Piccenium ita conuenisse, ut Ludouicus Eduardi filiam ad se recipere intra annum, ac deinde suo filio, cum tem-

pus postularet, in matrimonium daret; iam pridem
uenisse diem, nec ullam dari significationem seruan-
di promissi. Verum, quantumuis acriter illi bellum
suaderent: Eduardus tamen incitari non potuit.
Nam & obesior erat, & ocium atq; delicias amabat,
& laborem militarem uix ægrè sustinuisse, & an-
nua pensio mitigabat eum, & quos in Galliam mit-
tebat legatos, ij tam humaniter excipiebatur à rege,
omnis generis benevolentia, ut ab eo alieni esse nō
possent, & cum eiusmodi mandatis ferè dimitteban-
tur, ut suspicio nulla suboriretur, tempus à rege ca-
ptari & extrahi. Nam hoc semper addebat, fore,
ut Rex intra paucos dies in Angliam mittat lega-
tos, homines idoneos, qui controversias omneis
componant. Et cùm ad hunc modum eos dimis-
set: tribus círciter hebdomadis pòst, aut amplius
eò, mittebat rursus ad illum, ac semper diuersos à su-
perioribus, utsi quid illi promisissent, quod serua-
tum non esset: hi facilem haberent excusandi rati-
onem, ut qui aliorum pollicitationes non possent
necq; deberent præstare. Atq; interea tamen hi ser-
monem omnem ita temperabant, ut Eduardus pa-
teretur sibi persuaderi, necq; rem nouam tentaret ul-
lam. Matrimonium enim, de quo pactum erat, adeo
uehementer cupiebat: ut hac potissimum de causa,
non audire teos, qui bellum ab ipso prætermitti di-
cebant, magno cum Angliæ detrimento. Et quòd
contemptius nonnulli per Angliam de nuptijs illis
loques

loquebantur: eò magis ipse metuebat, ne is rumor
in Galliam delatus, impedimentum aliquid infer-
ret. Quantum uero ad Ludouicum Regem perti-
net: nunquam erat assensurus, eò quod Eduardi fi-
lia Delphinum ætate antecedebat. His artibus ali-
quot consumptis mensibus: iam administrandi bel-
li præterierant occasiones. Nisi igitur spes illa ma-
trimoniū continuisset Eduardum; dubioprocul non
erat passurus Regem ita progredi. Et si statim initio
puellam propugnasset: Rex, qui sua noluisset in pe-
riculum deuocari, non sic erat Burgundicam domū
debilitaturus. Hæc autem eò commemoro, ut quan-
tæ sint rerum humanarum uicissitudines, demon-
strem: & ut illi, qui Reipub. gubernationi præsunt,
habeant quod intueantur. Nam etiam ut ingenio
maxime præstant: eiusmodi tamen rerum notitia,
non est ipsis futura inutilis. Quòd si filia Caroli uo-
luisset nubere fratri uxoris Eduardi: magna fuissent
ei subministrata auxilia. Sed impar erat matrimonii
um, quòd ipsa omnium esset sui temporis locuples
tissima puella: ille uero tenuior, & opibus & gene-
ris nobilitate. Varijs autem de rebus inter se Ludo-
vicus Rex & Eduardus agitabant, & si copias uel-
let coniungere Eduardus, ac partem aliquam ditiō-
num Caroli occupare: non recusabat Rex, quòd mi-
nus Flandriam libere teneret. Ad hæc, promitte-
bat se periculo suo traditurum ipsi esse quatuor po-
tissimas Brabantiae ciuitates, ac stipendia præbitu-
nij rum ei,

rum ei, per menses quatuor, in decem hominum
millia, quò bellī sumptū eò facilius toleret; submi-
nistraturum etiam tormenta & currus, & quicquid
usui esse possit, & interea dum ipse Flandriam op̄
pugnet, se diuersa parte bellum iplis facturum esse.
Eduardus ad ea respondit, Flandriæ & Brabantiae
urbes, ob magnitudinem & firmitatem, habere dif-
ficilem oppugnationem: & ut captæ sint, ægrè ta-
men posse defendi: & bellum istud, Anglis, prop̄
ter mercaturam esse prorsus inutile & intolerabile.
Verum, si ex ijs oppidis, quæ iam in Picardia Rex
cepisset, nonnulla sibi tradat: missurum se copias
auxilio. His actionibus extrahebat tempus, atq;
interea uiribus puellæ multum decebat indies.
Nam ex ijs bellī ducib⁹, quia morte Caroli super-
stites erant, complures ad Regem transibant, in pri-
mis autem Cordæus, & cum eo multi alij, partim
necessitate coacti, quod facultates haberent in ijs ip-
sis locis, quæ Rex iam occupauerat: partim spe &
cupiditate augescendi. Liberaliter enim Rex tra-
ctabat eos, & iam paulatim magis atq; magis accen-
debantur in urbibus factiones, Gandaui presertim.
Dum haec geruntur: multus erat omnium sermo
de puella, aut reperiendum ei maritum esse, cuius
uirtute & industria, quod reliquum habebat, tue-
retur: aut nubendum filio Regis, quò totum seruat
commodissima, etiam ipsi puellæ, ante mortem Im-
bercorti

bercorti & Cancellarij. Nonnulli uero, quod filius Regis adolescentulus admodum erat, uix nouem annorum, dehortabantur: alij de Anglia, de Clivensi alij loquebantur, alij Maximilianum Cæsaris Friderici filium proferebant. Puella, quod Regem, patefactis literis, authorem esse iudicabat nec Imbercorti & Cancellarij: oderat eum acerbius, præsertim, cum & ipsa fuisse palam eo nomine puer defacta, & intimis suis ac necessarijs hominibus esset exuta per Gandauenses, quorum tanta fuit intemperantia, ut ijs, quæ cum puella erant, fœminis, integrum non esset, ullas accipere literas, aut etiam loqui puellæ: nisi primum indicassent. Leodiensis um Episcopus, de quo non semel diximus, magnopere cupiebat matrimonium Gallicum perfici, & si filius Regis fuisse ætate maior: erat fortassis utriq; parti futurum non incommodum. Ille uero depo- sita spe, factus alienior, domū rediit. Suberat haud dubie maxima difficultas in ea re, & opinor illos, qui procurationem eius cogitabant suscipere: pa- rum fuisse laudis tandem habituros. Id cum plæriq; deprehenderent, abstinebant ab omni actione: ue- runtamen coacto concilio deliberatum fuit. Ei cum cæteris intererat nobilis matrona, quæ facile primum dignitatis locum apud puellam obtinebat, Halluinam uocant. Ea, cum disceptaretur: no- bis, inquit, opus est aliquo viro, non autem puer. Iā ea est ætate puella, ut liberos gignere possit, quod n. iij nobis

nobis, & toti prouinciae maxime necessarium est.
Ea uicit in concilio sententia, tametsi nonnullis uis
debatur esse locuta liberius. Alij uero com mode in
terpretati, dicebant eam de matrimonio solum di
xisse. Hoc unum igitur restabat, ut idoneus inueni
retur maritus. Opinor equidem, si modo Rex uolu
isset, eam libenter fuisse nupturam Duci Angolise
mensi. Gallicam enim affinitatem ualde cupiebat.
Sed aliter Deo uisum fuit, cuius rei quæ sit causa:
ne hodie quidem nobis constat, nisi quod ex rebus
anteactis uidemus, per Austriacum illud connubis
um maxima grauissimaq; fuisse introducta bella,
quibus & Brabantia & Flandria non fuissent diue
xatae, si quidem Angolismensis eam in matrimo
nio habuisset. Dum ita deliberatur: Cliuensis ma
gnopere pro filio sollicitabat, uerum illius mores
nec puella, nec ipsius necessarij probabant, ut supra
quoq; demonstrauimus. Coeptum est igitur cogita:
ti de Maximiliano, nunc Romanorum rege. Nam
huius patri, cum Carolo, eius rei mentio quædam
aliquando intercesserat, & ipse literas habebat ad se
missas à puella, iussu patris, et adamantem, quibus
literis illa promittebat, se nuptijs illis, ut à parente
suo constitutum erat, assentiri. Fridericus ergo Cæ
sar, Maximiliani pater, legatos ad eam mittit, licūm
Bruxellam uenissent: iubentur expectare, donec
nuncietur. Istud à Cliuensi profectum erat, qui ad
uentum illorum grauiter ferebat, eoq; spectabat, ut
aliquam

aliquam eis præberet occasionem offensionis, quod
discederent. Verum illi, tum ab alijs, tum à puellæ
nouerca in primis, admonebantur, ut eius, quod
nunciatum esset, nulla ratione habita, pergerent, &
Gandavum proficiscerentur; simul quomodo esset
instituenda, cum eò uenissent, actio, docentur, et fir-
mo iubentur esse animo, quod ipsorum rebus, non
puella tantu, sed & ex ipsius familiaribus multi fa-
uerent. Hoc consilium illi secuti, ueniunt Gandavum,
inuitissimo Cliuensi. Dictus est igitur dies,
quo de ipsorum postulatis cognosceretur. puella
etiam, quomodo se gerere debeat, edocetur, ac pri-
mum quidem, ut illos, ubi mandata exposuissent,
humaniter exciperet, deinde, ut diceret, se delibera-
tione habita, quid sui propositi sit & uoluntatis, de-
claraturam. Intra hos uelut cancellos includebant
eius orationem, nec ut longius egredetur, permit-
tebant, ipsa non dissentiente. Vbi legati in concili-
um uenerunt; redditis literis, exponunt, quæ admo-
dum inter Fridericum Cæsarem & Carolū de matri-
monio conuenerit, ipsa puella nō repugnante, quæ
& literas & adamantem ad Maximilianum eius rei
gratia misisset. Rogant igitur nomine Cæsarīs, ut
& patris illa uoluntati, & sue promissioni satisfaci-
at. Literas etiam & adamantem proferunt, ut hac
via certum aliquid ab ea uelut extorqueret. Illa, nō
interposita deliberatione, statim respondit, & scri-
ptas à se literas, & missum adamantem, iussu patris,
& plas-

& placere sibi, quod tum promisisset. Eum sermo-
nem magnis gratiarum actionibus exceperunt le-
gati: Clivensis autem indignissime illum ferebat,
iratus etiam puellæ, quod aliter, quam constitutum
antea fuerat, esset locuta. Verum ipsa respondit, si-
bi non esse integrum, aliter facere, aut uiolare pro-
missa. Ille igitur omni abiecta spe, cum plerosq;
omnes puellæ sententiam uideret approbare: sta-
tuit paucis post diebus redire domum. Interea Ma-
ximilianus Coloniam petit, quo in loco legati ali-
quot puellæ ad ipsum uenerunt, & pecuniam, nisi
fallor, subministrabant, patrem enim habebat longe
ge parcissimum. Vbi cum octingentis circiter equis
tibus Gandavum uenisset: rem obtinuit, & quia te-
nuior erat: non magnam habebat authoritatem, &
potentiae ac splendori Regis conferri non poterat,
eiusq; familiares & comitatus omnis, & lingua &
moribus & institutis, plurimum à Burgundionis
bus differebant: Vixerant enim hi apud Principes
longe florentissimos, in summa lauitia & elegatia:
Germani uero sunt asperioris naturæ, nec eam ob-
tinent, quam nostrates, ciuitatem. Quò magis opí-
nor, singulari beneficio Dei factum esse, quod Im-
perium Galliæ nō defertur ad fœminas, ut ne sum-
ma regni sit penes aliquem externum Principem.
Vix enim ulla est natio, quæ diu ferat peregrinum
imperium. Galli certe non tulissent, & ubi cunq; po-
pulus est aliqua mediocri potentia, uidemus eum
ferè

ferè ab indigenis gubernari. Ante annos quadraginta, maximas in Gallijs possessiones tenuerunt Angli: Hodieerno autem die, præter Caletum, & duo quædam castella, quorum tuitio ipsis magnò constat, nihil habent, & temporis ferè puncto amiserunt omnia. Galli possederunt aliquando, & nostris etiam temporibus, per complures annos, Siciliam & Neapolim. His autem omnibus ita nunc sunt exuti: ut præter maiorum suorum sepulchra, nihil ibi reliquum habeant. Nam etiam ut Princeps alius quis externus bene rem gerat, & commode gubernet: tamen quia moribus & ingenio differt: nec eam erga populum representare potest benevolenter, ac si esset indigena: faciles oriuntur dissensionum occasionses. Itaque fit, ut ille, quo principatum ad se delatum, suasque fortunas tueatur: aliunde misericordem & copias adducat, eorumque se praesidio muniat, qui beneficijs deinde singulariter ab eo, & honoribus aucti, magnam multitudinis inuidiam & odium in se cœcitant. Quocirca, qui externæ alicuius gentis imperium suscipit, nisi magna quadam & eximia sit prædictus dexteritate: multis haud dubie, & longe grauissimis implicabitur difficultatibus.

○ Philippi

PHILIPPI COMINAE I

commentariorum Liber

Nonus.



Efecto eo matrimonio : res ipsorum
nihilo melius habebant . Maximilias-
nus enim , & per etatem , & quod exter-
nus erat , nec ad res magnas institutus
esset , exiguum habebat usum , eiusque familiares non
erant iij , qui magni aliquid perficerent . Itaque in sum-
mis erant difficultatibus prouinciae illae omnes , hoc
nomine in primis infelices , quod externum Princi-
pem , cuius ope defenderentur , cogeabantur accerse-
re . Dum haec nuptiae fiunt : amissa fuit Artesia , & ad
Regem magnae quotidie siebant accessiones . Nati
sunt Maximiliano liberi , Philippus , Margarita , &
Franciscus , qui Britanniae Duci nomen repræsen-
tabat . Quarto demum anno decessit illius uxor è
uita , dum ex equo delapsa , grauiter fuit affecta , &
simil febri iactaretur . Incommode sane illud acci-
dit populo . Nam erat egregia uirtute mulier , & sui
coniugis amantissima , & populo ualde accepta , sic
ut in maiori esset , quam maritus , honore & obser-
uantia . Tenebat Rex in Hannonia Quercetum &
alia quædā , sed de possessione decessit . quod mitrum
plerisque videbatur , cum nec pacificare uellet , neque re-
liquum aliquid eius familiæ uideretur esse factu-
rus .

rus. Sed quanquam internectionem eius domus molebatur: duabus tamen de causis oppida illa restituit. Primum: dicebat ita ferè comparatum esse, ut Reges habere firma & munita loca malint intra suos fines, quam foris. Deinde, inter Cæsares & Gallorum Reges iure iurando sancitum est, ut pacem colant, et alter alterum in suo iure non impediat aut interpellet. Hæc etiam erat causa, quam obrem Cameracum, in quam urbem bona fide receptus ante fuerat, suis legibus uti sineret. In Burgundia uero bellum gerebat minus fœliciter, propterea quod Germani mercede conducti, fauebant Aurasicæ Principi, qui iam ab ipso defecerat. Pro Maximiliano uix quisquam arma tunc sumpsit. Vicini enim Burgundionibus Heluetij, eorumque socij minus bene uolebant Austriacæ familiae. In Sigismundo autem ipsius patruo, magnum erat præsidium, si modo uellet, propter propinquitatem loci & Pfirtensem ditionem, quam Carolo prius uenditam, centum aureorum millibus, recuperauerat, non redditâ pecunia. Sed parum erat in eo mentis & ingenij, ac prorsus fuit ex eorum Principum numero, qui in suos familiares omnia reñciunt, ipsi plane desides, & ad imperium inutiles. Et qui tales sunt, uix est, ut amicos in necessitate subleuent. Hic etiam impulsus à suis, deserto nepote, Regis sequitur partes in eo bello, nec id modo, uerum etiam cogitabat facultates omnes adimere suis necessas-

o ij r̄js, &

rijs, & dare externis, cum liberos nullos haberet.
Sed permotus ab alijs, & ad sanitatem reuersus, in
Maximilianum nepotem contulit omnia, sibiq[ue] tan
tum seruauit pensionem annuam, circiter trientem
bonorum, deposita omni administratione, cuius
ipsum deinde s[ecundu]m numero p[ro]enituit, ut accepi, &
est credibile. Sed is ferè est exitus eorum, qui uolu
ptatibus & ocio dediti, nihil ex uitute faciunt: Qui
cùm authoritatem summam, beneficio Dei tene
ant: maximè sane sunt uituperandi, quod officio
suo desint. Iis, qui furore & amentia quadam uexan
tur, exprobrari nihil potest: qui autem ingenio non
sunt destituti, & commoda utuntur ualeudine, iij
minime deplorari debent, quando per ignauiam &
ocium in calamitatem aliquam incident. Qui uero
ita se comparant, ut maximam temporis partem se
rijs occupationibus: reliquum autē liberalibus &
honestis oblectationibus impendant: magnam illi
sanè laudem merentur, & o fœlicem populum, cui
talem contingit habere Principem. Ducebatur in
Burgundia bellū, propter auxilia Germanorum,
ut diximus, quæ tamen erant exigua, neq[ue] Regis po
tentiae conferri poterant. Deerat autem eis pecu
nia, & à nobis pl[acide]runt sollicitabantur ad defecti
onem. Cranius Regis legatus, Dolam, superioris
Burgundiæ primarium oppidum, ad Dubim flu
men, parua manu circumsedidit, cùm hostem despiz
ceret: uerum infœliciter accidit. Nam subita eru
ptione

ptione ab illis facta, partem aliquam tormentorum amisit, & è suis nonnullos desiderauit. Eo accepto nuncio, rex cogitare statim cœpit de nouo per Burgundiam constituendo præfecto, tum propter hanc cladem, tum ob illius rapacitatem, & expilations immoderatas. Verum antequam loco submoueretur ille; paruulo quodā prælio fœliciter rem geslit, in quo Castelgionius, summæ uir nobilitatis & potentie ijs locis, captus fuit. Cranius erat pinguior, & re satis lauta, ideoq; non illibenter domum reuertebatur. Rex autem neq; de facultatibus quicquam ei detraxit, & sex cataphractos cum duodecim sagittarijs ei attribuit, qui domum deducerent. Ei summisit Carolum Ambosium, consiliū magni & uirtutis uirum. Is animum statim adiecit, ut Germanos, qui Burgundiam à Rege defendebant, ad se traduceret, non tam, ut ipsorum auxilijs bellum faceret, quam ut dato illis stipendio, facilius, quod adhuc restabat, caperet. Missis igitur ad Heluetios legatis, magnas proposuit & luculentas conditiones. Primum, dabat quatuor illorum ciuitatibus, Bernæ, Luceriac, Tiguro & Friburgo, & qui sunt his coniuncti, pagis, ad uiginti francorum millia quotannis. Ipsis uero magistratibus, & alijs, quorum priuatum utebatur opera, tantundem. Deinde petiūt in ciuium numerum apud ipsos asscribi, & primum inter socios uolunt obtinere locum, eaq; de re petebat conficiliteras. Aegrè quidem illi principio istud ad o iij mittebant,

mittebant, eò quòd Sabaudiæ Dux antiquitüs pri-
mas partes inter confederatos haberet; sed tandem
assentiebantur, simul promittebant Regi continen-
ter subministrare, ad sex hominum millia, quibus
menstruum ille daret stipendium, treis aureos. Et
hic quidem illorum numerus alebatur à Rege,
quamdiu uixit. Tenuior alius Princeps, non ha-
buisset eius rei perficiendę facultatę, Regi uero lon-
ge utilissimum fuit hoc institutū, ipsis autem Helue-
tis opinor aliquando nociturum esse. Cùm enim an-
te id tempus exiguum haberent usum pecunie, pre-
sertim aurii: nunc ita sunt illecti eius cupiditate, ut
à factionibus & dissidio ciuili, mīnīmū absint. Alio-
quin enim, quia locis continentur natura munitis
& asperis, & quoniam ad arma sunt assuefacti, faci-
le & ipsi uim alijs inferant, & illatam defendant. Eo
perfecto födere, cùm Germanorum auxilia Bur-
gundionibus essent detracta: omne robur illorum
fuit attenuatum, & ut paucis dicam, plurimis tenta-
tis rebus, Ambosius arcem quandam munitam,
non procul à Dola, uocant Rupem fortē, ubi cir-
cum sedisset, deditione cepit. Inde profectus, Do-
lam, à qua reiectus fuerat Cranius, ui expugnat. Ex-
ijs autem Germanis, qui iam ad regem transferant,
nonnulli dicuntur in oppidum ingredi uoluisse, ut
à Rege illud defenderent: sed quoniam una cum
ipsis maxima nostrorum sagittariorum manus ir-
rupit, non intellecta fraude, pariter ingressi, ad di-
reptio-

reptionem omnes properabant. Incensum deinde
fuit oppidum, & paucis interpositis diebus, Auxo-
nam circumuallat. In eo multi erant non alieni à no-
bis, & nostri pro nonnullis ciuibus munera publica
petebant à Rege, antequam illos obsiderent, ac fa-
cile impetrarunt. Ipse quidem ei bello non interfui:
sed quid ageretur, ex ijs, quæ ad Regem defereban-
tur, intellexi, & è literis ad eum scriptis, quæ sæpi-
us erant mihi legendæ, ut ad eas, ipsius mandato re-
sponderem. Tenebatur oppidum nō magno præsi-
dio, & paucis diebus, uoluntate ducum, qui cum
Ambosio iam antè pacti fuerant, in ditionem uen-
nit. Itaq; præter aliquot castella, rupibus affixa, ni-
hil restabat expugnandum. Est ijs locis Vesontio,
quæ quidem ciuitas, et si ad imperium Germaniæ
cum pertinet: tamen quia cingitur undiq; Burgun-
dia: studet ferè gratificari eius regionis Principi.
Hanc igitur ingressus est Ambosius, absq; malefis-
cio, & ab oppidanis amanter exceptus: illinc disces-
sit. Ad hunc modum Burgundiam omnem ille ce-
pit, magna sane industria. Nam instigabat eum rex
crebris literis atq; nuncijs, ut ad extremam diligen-
tiam nihil reliquum facheret. Verebatur enim, n̄ res-
missius ageret, néue pateretur aliquam sibi difficul-
tatem obijci, primum, ut eò esset illustrior ipsius &
magis necessaria opera, deinde, ne reuocaretur a-
liò. Locuples enim est atq; copiosa Burgundia, &
Cranius, cui summissus ipse fuit, multum ibi suas
facultates

facultates amplificauerat. Vt ebatur aliquandiu pace ea regio, sed tamē Belna et Virodunum, quod est oppidum ad Araris & Dubis confluentem, re bellionem faciebant. Ambosius autem ea non multo post, singulari quadam dexteritate recuperauit, dum aduersarij suis rebus parum prouiderent. Atq[ue] ita uidere licet, homo homini quid prestat. Sed profecto sicest, ut quamcumq[ue] partem Deus uult amplificari & florere: ibi quoq[ue] prudentes homines ac industrios excitet. Illa que diximus oppida, rebellionem quidem fecerunt, sed ij, quorum praesidijs oportebat ea teneri: non fuerunt statim ingressi, & spacium dabant nostris, contrahendi copias. Et quod die nostri Virodunum petebant; illi quoq[ue] se receperunt eō, circiter sexcenti, quibus inter alios p[re]cerat Simon Quintius, ut Belnam inde profecti tueretur. Quod si nulla interposita mora fuissent progressi: recuperassent illam dubioprocul, & à nobis facile defendissent: Verum inopia consilij, per nos item ibi commorati, & circumfessi à nobis, ui capti fuerunt, atq[ue] ita Belnam et quicquid erat reliquum, absq[ue] contentione recepimus. His rebus omnibus tunc interfui. Ad Regem fuit à nonnullis perscriptum id temporis, aliquid me fecisse in gratiam quorundam ciuium Divisionensium. Ad eam criminationem cum & aliæ quædam paruulae suspiciones accederent: è uestigio missus ab eo sui Florentiam, propter excitatas ibi seditiones & motus, inter Pacensem

Pacensem & Medicensem familiās. Nam illi, cūm
niterentur amicitia Romani Pontificis, & Ferran-
di Regis Neapolitani: coniurarunt in caput Lau-
rentij Medices, ac omnis ipsius clientelæ: & quum
ab ipso, quem petebant, aberrassent: fratrem eius
Iulianum, & Fuginetum quendam, uirum nobis-
lem, eius familiæ clientem, qui se Iuliano obsecit, ut
eum protegeret, in primaria eius urbis æde sacra,
interficiunt. Laurentius autem graui uulnere affes-
ctus, in uestiarium templi se recepit, cuius portas
ipsius pater aliquando curauerat ex ære totas ex-
trui. Commissum fuit hoc facinus, dum peragi-
tur ex more sacrum: & inter ipsos coniuratores de
signo conuenerat, quo dato, cædem facerent. Sed
longè aliter quam instituerant, accidit. Nam ex ips-
sis nonnulli, cūm recte putarent omnia procedere:
curiam petebant, ut in ea Senatores, quorum magi-
stratus est solum trimestris, trucidarent. Postquam
eò uenerunt, ac in superiorem locum ascendissent:
fores quidam post illos occlusit, & ubi coram cons-
titissent, ac se parum esse comitatos uiderunt: uehe-
menter fuerunt attoniti, nec quod dicerent, habes-
bant. Senatores autem ac ipsorum famuli, cūm ē
sublimi conspicerent motum per urbem, & Iacos-
bum Pacensem audirent cum socijs ante uestibus
lum tumultuantem, euocato populo nequicquam
ad libertatem: confessim illos, qui cædis faciendæ
causa eò peruererant, corripiunt, & ex fenestrīs cu-

riæ suspendunt. In his fuit Archiepiscopus Pisænus. Deinde, cùm pacatam urbem, suas ac Medis censum partes sequi uiderent: datis illico literis, & dimissis nuncij, mandant per ditionem totam, ut omnes, qui fugientium aliquam speciem præberent, comprehensi adducerentur. Iacobus igitur Pa censis, & cum eo quidam à Sixto Pontifice Roma no missus, bellum dux, ex fuga retracti sunt: & ille quidem suspensus, hic autem capite fuit mulctatus. Alij deinde multi per urbem capti, in primo illo im petu & iracundia necati fuerunt, & in his Franciscus Pacensis. Non multò post hunc motū eò uenit missus à Rege, & postquam è Burgundia discessi, bíduum dntaxat apud Sabaudiæ dominam, nec multò amplius apud Mediolani Ducem restiti, ut Florentinis, quorū erant socij ac confederati, auxilia impetrarem. Illi, tum in gratiā regis, tum ut officio non deessent, liberaliter responderunt, missis initio trecentis cataphractis, acdeinde etiā maioribus copijs. Pōtifex, ubi de rebus omnibus accepit, Florentinis interdixit sacrīs, & simul exercitum mis sit, tām suum, quam Neapolitanī Regis, longe ma ximum, cui praeerant egregij duces, qui castellum quoddam, Senę propinquum, & alia multaloca facile ceperunt. Florentinorum res in magno sane diuturnitatē oīj, quæ causa fuit etiam, ut periculi, in quo uersabantur, magnitudinem non intelligerent.

gerent, Laurentius Medices, ad quem delata fuit belli summa, & h̄, quorum ipse regebatur consilijs, per ætatem, rebus necessarijs prouidere non poterant, et exiguae habebat copias. Exercitu uero Pontificis præfectus erat Vrbini Dux, uir magna & excellenti uirtute. Aderant etiam Regis Neapolitani ambo filij. Et quoniam à rebus omnibus erant paratiſſimi: multa paſſim oppida & castella, quæ circumuallarent, capiebant, sed non tam facile, neq; tam breui tempore, quām nostri milites faciunt, propterea quod expugnandi loca, & tuendi scientiam illi non tam exacte norunt: instruendi autem & continendi exercitus, & ea omnia, quæ usui esse possunt, procurandi rationem, melius quām nos tenent. Subleuabat nonnihil Florentinos fauor & amicitia Regis, sed non quantum ipse cupiebam, qui præter domesticos famulos nullam prorsus habui coactam manum. Per anni spacium apud eos commorabar, humanissime tractatus, ita quidem, ut ad illorum erga me benevolentiam quotidie alii quid accederet, Reuocatus autem à Rege, cum per Insubriam iter facerem: Mediolani ducem, Ioannem Galeacum, quod Genuam teneret, fide & iure iurando regi obstrinx. Quum in Galliam rediſsem: exceptit me Rex per amanter, & multò familiarius, quām unquam ante id tempus mecum agebat. Videbatur autem mihi senium aliquod contraxisse, & uti non admodum commoda ualeſtudis

p h ne, sed

ne, sed non statim prodidit sese morbus, & magna
prouidētia bellum Picardicum administrabat. Ma-
ximilianus Romanorum rex, adiutus à Flandris
per id tempus, Terouennam, Morinorum oppi-
dum longe munitissimum, obsidione cingebat.
Cordæus igitur Picardiae præfectus, & regis lega-
tus, omnes copias, quæ passim erant in illis finibus,
& octo sagittariorum millia collegerat, ut obsessis
opem ferret. Eius de aduentu certior factus Maximilianus,
obsidione soluta, cum exercitu ad illum
contendit. Habebat ex Flandria circiter uiginti mil-
lia, & manum aliquam Germanorum, & ad trecen-
tos Anglos, quibus præerat Thomas Abriganus,
qui Carolo militauerat aliquando. Noster autem
equitatus, qui numero superabat, equestres illo-
rum copias, quibus Rauestenus erat præpositus,
disiecit, et fugientes Aream usq[ue] consecutatus est. In-
terea peditibus sese Maximilianus coniungit. Ex
nostris cataphractis, qui erant circiter mille, & eò
plures, Cordæus ipse & Torcius persequabantur
hostem. Quod tametsi fortiter ab eis & cum uirtute
fiebat; tamen erat contra disciplinam militarem,
& ducis officium: Nonnulli ex primo & ultimo ag-
mine, dum simulante uelle se tueri castella & oppida
uicina: discedebant è prælio, complures alij aperte
sese fugæ mandabant. Pedestres Maximiliani co-
piæ, etsi nonnihil uacillabant; constiterunt tamen.
Nam cum ipsis erant circiter ducenti nobiles, egre-
gia uir-

gia uirtute, pedites omnes, qui in officio multitudinem continebant. In his fuit & Comes Romontius, è familia Sabaudiæ Ducum, & Comes Nasouius, & alij complures, qui adhuc uiuunt. Eorum singulari uirtute & authoritate, peditatus restitit, quod alioqui mirum uideri possit, præsertim fuscidente & disiecto equitatu. Cum q̄ sagittarij nostri in calones ac impedimenta fecissent impetum; alij quot hostium cohortes, quosdam ex ijs interficiunt. Maximilianus, et si plures eo prælio quam nos desiderabat; stationem tamen suam in campo, ueluti superior, tutabatur. Et si Terouennam deuuo circumuallasset; sine contentione, ut opinor, fuisset ea potitus, atq; etiam Atrebato. Sed non audebat periclitari fortunam, & habuit aliquam metus causam, & in eiusmodi rebus, non semper, quod uolumus, aut quod necessarium est, prouideria nobis potest. Ei prælio non interfui quidem ipse; uerum à fide dignis accepi, & ut series narrations cohæreat; aliquid omnino mihi dicendum de eo fuit. Eram cum Rege, quando nuncius hic ad eum deferebatur. Grauiiter admodū tulit, nec enim assuerat uinci, aut aliquam facturā facere; ac perpetua quadā utebatur fœlicitate, quam singulari uirtute & industria sibi cōparabat ipse. Nec enim tentabat temere fortunam, & à prælijs magnopere cauebat. Hæc autem pugna plane contra ipsius uoluntatem commissa fuit. Ac quoties bellum gerebat; para-

p iij tissimus

tissimus erat à rebus omnibus, & ingentem compas-
rabat exercitum. In primis autē dabat operam, ut re-
pētē et ex inopinato aliquid hosti eriperet, ea prēser-
tim loca, quæ uidebat parū esse munita: & posteaq;
illa cepit: ita firmabat pr̄fidijs militum, atq; tormentis,
ut recuperari non possent. In locis autem munici-
tioribus, & quæ fraudi uel iniuriæ minus erant ex-
posita, si quis præfectus pecunia redimi sese patere-
tur; ei dabat liberalissime. nec ullo quantumuis ma-
gno precio deterrebatur. Initio cùm de facto præ-
lio audisset: magnopere fuit commotus, ac uereba-
tur maiorē subesse cladem, quam si accepisset: quicq;
quid iam in ea regione ceperat: id omne uidebat
deperditum esse. Verum, ubi rem omnem, sic uite-
rat gesta, plane cognouit, patienter tulit, & cogita-
bat deinceps prouidere, ne quid tale, nisi cum ipsis
uoluntate & iussu fieret. Ab eoq; tempore cœpit an-
num adiucere ad pacem, modo illam facere posset
conditionibus, plane ex suo usu. Populum eius di-
tiōis sciebat studere nouis rebus: ideoq; cogitabat,
que amadmodum eo adiutus præsidio, Maximilia-
num coherceret, eiq; facultatem adimeret renouan-
di bellī. Totus igitur mente & animo in hoc erat, ut
optimis legibus Gallia constitueretur, & litium fos-
tensium tolleretur prolixitas. Et initio quidem, Se-
natui, qui ipsorum lingua Parlamentum uocatur,
securim aliquam iniecit, non quidem ut eorum uel
authoritatem uel numerum imminueret: sed ua-
rijs mo-

Ijs modis decreuerat illorum fidem & administracionem explorare. Volebat etiam eiusdem generis pondo & mensuram obtinere per omnem Galliam, & consuetudines omnes ad eandem normam conscriptas, in uolumen aliquod redigi, patrio sermone, ad euitandum fraudes & expilationes Adiutorum, quæ maiores profecto sunt in Gallijs, quam in quauis alia regione, quæ mihi quidem nota sit, atq; hoc ipsum tota ferè nobilitas liquidò testari potest. Quod si longior ei uita contigisset, nec incommoda fuisset usus ualetudine; magno quodam beneficio Galliam affecisset, quam sanè plus, quam è suis maioribus ullus alius, afflixerat. Ut autem saniorem aliquam Reip. formam institueret, eisq; mederetur incommidis, quæ partim ipse, partim ipsius maiores, partim temporis longinquitas inuexerat: authoritate quidem & admonitione aliqui minime potuisset impelli, sed relinquendum erat totum ipsius arbitrio & cōsilio. Volebat enim ipse unus & princeps & author esse huius mutationis, & facturus erat haud dubiè aliquid præclarí, si firmorem ei ualetudinem Deus fuisset largitus. Itaq; dum suppetit facultas & ocium, & quamdiu mentis atq; corporis sanitatem concedit Deus: benefaciendum est. Pacem, de qua diximus, Rex instituit facere per Gandauenses, his omnino conditionibus, ut ipsius filius, nunc Galliæ Rex, in matrimonium duceret Maximiliani filiam, utq; Boloniensem,

nensem, Matisonensem, Altissiodorensem, & Caro-
 lotensem comitatus in sua potestate retineret. Ipse uī
 cissim Atrebatum agrum oēm pmittebat restituere,
 seruata sibi tamen urbīs ea parte, quam muniuerat.
 Vt riuscē uero Burgundia, & eorū quā sunt ad
 Sōniā flumen, nulla fuit ab eo facta mentio. Gan-
 dauenses, qui animo essent ab his omnibus non alie-
 no; durius agebant cū Maximiliano, & eius uxore,
 aliarūq; ciuitatum legatis. Ac dum his derebus a-
 gitur, induciæ erant, & pacem omnino Rex uole-
 bat fieri, pr̄sertim ijs locis, uerum ex arbitratu suo,
 ut suprà quoq; diximus. Cœpit autem per id tem-
 pus minus commodè ualere, & iam ad senectutem
 uergebat, cumq; esset in officinis ferrarijs prope Cī-
 nonium, agri Turonensis oppidum, repente fuit
 morbo correptus, et afflictus, ita quidem, ut loquen-
 di facultatem amitteret. Sublatus à mensa, proprie-
 tis ad ignem admouetur, clausis undiq; fenestrīs, ad
 quas cūm accedere uellet, cohibitus fuit à familiarit-
 bus. Per Martiū istud accidit, & destitutus erat om-
 ni plane cognitiōe, quo quidē in temporis puncto,
 illustris fuit opera tua, doctissime pr̄sul, qui per
 anum infecto illi pharmaco, iubebas aperiri fene-
 stras, & aērem admitti. Quo facto, statim ille & ser-
 monem aliqua ex parte, & intelligendi uim recupe-
 rauit, & consenso equo, redibat ad ferrarias, à quib;
 bus non procul in morbum inciderat. Dum ibi mo-
 ratur: nutibus & signis, quid uellet, indicabat, &
 inter

Inter alia iussit Officialem Turonensem, ut peccatis ueniam impetraret, ac me, qui aberam in prædio quodam meo, decem ab eo loco milliaribus, accersiri. Postquam ueni, ad mensam cum reperi, cum duobus medicis. Eorum, quæ dicebantur, uix paucula quædam intelligebat; dolorem uero non sentiebat ullū, & mihi significabat, ut in ipsius cōclauī cubarem, uocem uero nullā articulatam formabat. Eram cum eo totos quadraginta dies in hac ipsius ualetudine. Bīduo pōst, cœpit loqui melius, & cognoscere, secq; putabat à me omnium optimè intelligi, ideoq; uolebat me continenter adesse, & me p̄sente sua delicta religiose cōmemorabat ei, quem diximus Turono euocatum fuisse. Nam opus erat ipsi interprete. Sed paucis antē diebus, cūm ex more Galliæ regum curasset egrotos, qui struma uexabātur: expiauerat pro sua cōsuetudine peccata, ideoq; nihil ei magnopere dicendum restabat. Vbi se comodiūs ualere sensit: cœpit inquirere, à quibus fuisset in morbo ui retentus, ut suprà docuimus. Quā essent nominati, statim elecit omnes, quosdam etiam loco mouit & honoribus, alios uero discedere iussit, & uetuit, ne quando redirent. Hanc ipsius asperitatem pleriq; reprehendebant, eò quod optima fide rem egerant. Et uerē quidem isti: sed Principum uariae sunt cogitationes, nec quiuis eas intelligit. Ille uero in primis metuebat, ne, quam haec tenus obtinuit authoritatem longè maximam,

q eam

eam per hunc morbum amitteret, neue populum
deinceps haberet minus obsequentem. Ipsius pa-
ter, quo tempore coepit ægrotare, suspicionem con-
ceperat, uenenum sibi paratum esse, quo tolleretur
è medio, & ita quidem uehementer hoc in animum
impressit, ut prorsus abstineret à cibo; sed de medi-
corum consilio, per uim ingesta illi fuit almonia,
neq; multo post è uita cessit. Hanc autem uiolentiæ
am Ludouicus magnopere semper uituperauerat:
& nunc in ægritudine constitutus, ac suo motus pes-
riculo, magis etiam detestabatur, grauissimeq; tu-
lit, se fuisse ui detentum à suis, nec id obscure præ se-
ferebat. Hoc enim unum uerebatur, ne ipsius necel-
larij et familiares, authoritatem sibi sumerent & ad-
ministrationem rerū, quasi ipse propter mentis aliæ-
nationem non esset ad imperium idoneus. Postea
diligenter perquirit, quid interea, dum ipse quieuit,
priuatim & publice actum esset. Summam rerum
obtinebat Episcopus Albensis, eiusq; frater Bur-
gundiæ præfectus, & Ludæus. Nam hi, cum inci-
peret ægrotare, aderant, & eisdem in ædibus cum
illo morabantur. Literas omneis, & quicquid per
ipsius morbum erat allatum, uoluit cognoscere &
uidere, in eoq; me utebatur interprete, & quum re-
citarem: simulabat se intelligere, & ubi in manus
accepisset, uidebatur eas ipse perlegere, tametsi niz-
hil ferè intelligeret, & uerbulis aliquot pronunci-
atis, quid responderi uellet, signis indicabat. Sed
dum

dum eius morbi finem expectamus: consistebat omnis rerum administratio. Nam erat nobis aperte cum eo agendum, & omnis uitanda offensionis causa. Post dies quindecim, quibus ita fuit afflictus, loquendi quidem facultatem & intelligendi res cuperavit: sed erat uehementer infirmus, ita quidem, ut commodioris ualeitudinis spem exiguum praebet, & alioqui sic ferebat eius consuetudo, ut maximam partem medicis non obtemperaret. Cum haberet aliquantò melius: ilico iussit Cardinalem Baluensem è carcere liberari, quem per annos quatuordecim detinuerat captiuum, ac sàpe frustrà, cù ab alijs, tum à Pontifice Romano interpellatus: nunc ultrò non solum exemit è uinculis, uerū etiam eius culpè ueniam à pontifice deprecabatur. De cōsilio autem Cordæi, Picardiae præfecti, maximam & intolerabilem pecuniae summam toti Galliae nuper imperauerat, uti perpetuum aleret exercitum, ad decem millia peditum, & supra duo millia fossorum, qui ad omneis casus parati essent ac instructi. His addebat mille quingētos cataphractos, qui cum usus posceret, relicti equis, pedites se se coniungerent illis. Carros etiam maximo numero parari iussit, quibus includerentur omnes copiæ, & tabernaculorum uim ingentem. Hanc rationem acceperat à Carolo, & constabat omnis hic apparatus, quindecim francorū millibus quotannis. Rebus omnibus paratis, in Normanniam profectus,

q. n. apud

apud Pontarcium, quod est supra Rothomagum,
quatuor milliaribus oppidum, ad Sequanam, in
ualle quadam spectabat omnem exercitum. Ades-
rant autem Heluetiorum sex millia, quem nume-
rum illi promiserant subministrare, quo tempore
cum Carolo Ambosio, Burgundiae præfecto, pacti
fuerunt, ut supra demonstrauimus. Eo delectu ha-
bito, reuersus in Turonos, recidit in morbum, ac
per horas duas mortui hominis præbebat speciem,
decumbens in storea, quodam in deambulacro.
Quo primum tempore cœpit ægrotare, prope Cis-
nonium oppidum: qui cum ipso erant, quod pro
mortuo haberent, missis huc illuc literis, cogita-
bant irritum facere illius edictum, quo pecuniam
illam, ut diximus, mandauerat. Sed quum iam de-
novo affligeretur: Bocagius & ego, & ex ijs qui ade-
rant, alij multi, uotum pro ipso fecimus, diuino Clau-
dio. Mox recuperauit uocem, & statim cœpit hoc
illuc per ædes, licet multum infirmus, deambulare.
Non multò pōst etiam foras prodijt, & Argentonis-
um in ædes meas diuertit, quo in loco per mensem
unum grauiter decubuit, atq; ibi constituit Sancto-
claudium, qui est uicus in monte Iura, proficisci, ut
se religione uotis solueret. Cum Turono discederet:
misit me certis de causis in Sabaudiam, & aliquan-
to pōst iussit, ut in Bois ad se uenirem. Posteaquam
eo ueni: mirabar illius maciem & deformitatem,
multo magis etiam, quod equitandi laborem fer-
ret. Erat

ret. Erat quidem corpore uehementer afflito & de-
bili, sed animi præsentia & uirtus eum non nihil sub-
leuabat. Dum esset apud Boios: accepit de morte
uxoris Maximiliani. Eum nuncium illico mihi reci-
tabat ipse, laetus admodum, simul hoc addebat, libe-
ros illius, Philippum & Margaritham, à Gandauen-
sibus educari, quos Burgundicæ familiæ sciebat
esse multum infestos. Et quoniam Maximilianus
adolescens erat, & patrem habebat minus libera-
lem, et undique premebatur bello, & quia quod in his
regionibus erat hospes, pauci admodum ipsius re-
bus fauebant: idcirco putabat Rex, oblatam sibi
tunc esse rei bene gerendæ occasionem. Cœpit igi-
tur mox per Cordæum sollicitare Gandauenos, &
agere de matrimonio sui filij & Maximiliani filiæ,
Margarithæ, quæ nunc est Galliæ regina. Cordæus
aditum ad reliquos habebat, per unum & alterum
eius ciuitatis scribam, homines plebeios, quorum
magna erat authoritas. Rex Turonum reuersus,
abdebat se totum, & conspiciebatur a paucis, & de
omnibus male suspicari cœpit, & magnopere me-
tuebat, ne sibi uel adimeretur imperium, uel immi-
nueretur potestas. Itaque suos familiares omnes a se
remouit: de fortunis autem illorum nihil de raxit,
& ihs qui tum ipsius actiones intuebantur, uideba-
tur esse parum sanæ mentis: uerum isti fallebantur,
neque satis nouerant eius ingenium. Nam ad suspic-
iones quantum pertinet; obnoxij sunt ei morbo ple-

riq; omnes reges , maximè uero prudentiores , & illi
qui multos habent aduersarios , & qui complures
offenderunt . Ipse uero nō ignorabat , plerosq; Gal-
liae Principes inimico esse in se animo , & ex reliquis
ordinibus sciebat multos esse exacerbatos . Nam
priorum regum nemo Galliam sic afflixerat ut ip-
se : quanquam sanè cupiebat eam recreare tandem
ex istis erumnis , utsuprà diximus , uerum debebat
incoepisse maturius , nec tantam interposuisse mo-
ram . Eius pater Carolus , qui singulari uirtute suo
rum , electis Anglis obtinuit Normanniam et Aqui-
taniæ partem , primus omnium pro suo arbitratu
pecuniam imperauit , sine consensu populi . Et tunc
quidem aliqua suberat causa , cur id faceret . pri-
mum , ut prouincias recuperatas præsidij muniret ;
deinde , ut cohortes militares , quæ passim diripi-
bant agros , dissiparet . Ut autem uoluntate Princis-
pum sibi liceret exigere pecuniam per ipsorum di-
tiones : promittebat eis pensiones annuas . Mag-
num ille profecto uulnus inflxit Gallia , quod non
facile curabitur , suæq; & successorum saluti male
consuluit . Cohortes etiam equitum , ut est Italicae
consuetudinis , instituit , quibus perpetua dantur
stipendia . Postremo uitæ anno , collegit in uniuersi-
tatem ad decies & octies centena francorum millia ,
& alebat circiter mille & septingentos cataphra-
ctos , & eos quidem ad custodiam & tuitionem
Gallia ; non autem ad detrimentum illius in officio
contiz

continebat. Ludouicus autem longe maiorem sum-
mam exegit, nempe ad quadragies & septies cente-
na francorum millia, & equitatum alebat, tertia fe-
rē parte maiorem illo, quem diximus, ac peditatum
præterea longe maximum. Non debet igitur uide-
ri mirum, si cum tales haberet metuendi causas: ua-
ria secum cogitabat, tametsi ex beneficiarijs & cli-
entibus pleriq[ue] non erant eum, ut opinor, in ullo re-
rum statu deserturi. Cum igitur omnibus prope dis-
fideret: in Plessium castellum, urbi Turono pro-
pinquum, ubi tum erat, neminem ferē admittebat,
præter famulos domesticos, & sagittarios numero
quadrungentos, è quibus multi simul ad eius loci cu-
stodiā excubabant. Gener ipsius, nunc Borbonie
Dux, nonnunquam eō ueniebat: ex reliquis autem
Principib[us] nemo ferē. Vestibulum castelli totum,
cancellis admodum densis circumsepsit, & qua par-
te patebat introitus, uerua præfixit muro, præacus-
ta multis cuspidibus, & pro fossa ædificabat quatuor
ædiculas ferreas, ijsq[ue] sagittarios quadraginta im-
posuit, qui non minus interdiu quam noctu ibi ex-
cubarent. Iis mandauerat, ut in omnes, qui de nos-
te, uel etiam mane, priusquam aperiretur porta,
propius accessissent, ejacularentur. De suis enim fa-
miliaribus hanc opinionem habebat, facile ipsos,
data occasione, ut authoritatem & administratio-
nem sibi arrogarent, excitari posse. Nec temere quis-
dem ita suspicabatur. Nonnulli enim cogitabant
inua-

inuadere in castellum, & in ocio illo, dum nihil pri-
uatim aut publicè fieret, sumere procurationem
negociorum: sed ea deliberatio nō uenit in actum,
& ut aliquid illi fuissent moliti: frustra tamen id fu-
turum erat, in magna illa regis prouidentia. Præ-
ter ea, quæ diximus, crebro mutabat etiam cubicu-
larios & famulos domesticos, affirmans naturam
hominis delectari rebus nouis. Vnum & alterum,
exiguæ conditionis, & parum laudatos homines,
admodum habebat sibi familiares, qui nihil omni-
um rerum ad eum deferebant, nisi forte quid ad
summam imperij pertineret. Hoc enim modo spe-
stabat, ut pacem aliquam uel inducias constitue-
ret. Medico dabat menstruum stipendium, decem
aureorum millia, sic ut intra quintum mensem ille
acciperet ab eo ad quinquaginta quatuor millia.
Maximas facultates & opes donabat Ecclesijs; ue-
rum illæ donatiōes, quoniam erant immodice, uim
nullam obtinuerunt. Inter alios uitæ sanctimonia
claros, audiuerat de quodam heremita, Roberto.
Hunc ex Calabrię finibus ad se accersiuit, & in eius
gratiā, quin nunc rerum potitur, Carolus octauus,
templum prope Plessium ædificauit. Is duodecim
annorum adolescens, speluncam subiit, & in ea cō-
moratus fuit ad quadragesimum tertium ætatis an-
num, quo tempore primum Rex eum euocauit, per
quendam nobilitate, cui comitem se adiunxit prin-
ceps Tarentinus, Neapolitanī Regis filius. Nisi es-
tim

nim Pontificis Romani & sui principis mandatum atq; consensus interueniret: non erat prefecturus. Posteaquam ad illud uitæ genus accesserat, absti-
nuit ab omni ferè cibo , quo plerumq; uescimur
omnes. Erat illiteratus , nec eruditioñis ullam par-
tem unquam attigerat, & tamen prudenter admo-
dum ac sancte , suprà quām credi possit, de rebus
omnibus loquebatur . Quum Neapoli iter ficeret,
maximo fuit à Rege & ipsius liberis affectus hono-
re, ac de plerisque rebus ita disserebat, quasi per om-
nem uitam in Principum familijs fuisset educatus.
Quum Neapoli Romam uenisset: inuisebant eum
Cardinales omnes: ac ter cum Pontifice, per inter-
ualla priuatim diu multumq; loquebatur, assidens
in sella proprius illum , splendide exornata . Cuius
cunq; rei mentio incidisset: ad eam ita respondebat,
ut omnes pariter obstupecserent. Eius autem collo
quio sic afficiebatur Pontifex, ut ei permetteret in-
stituere nouum ordinem eorum, qui dicuntur Hæ-
remitæ diuini Francisci . In Galliam ubi uenisset: rex
non minus quām Pontificem ipsum Romanum,
honorabat, procumbens illi ad pedes, & uehemen-
ter obsecrans, ut uitā sibi proferret. Ille uero, ita ut
hominem prudentem decet, ad ea respondit. Audi-
ui non semel, quum Carolo Regi, qui nunc præest,
in corona multorum principum loqueretur : sed
prefecto uidebatur esse diuino numine afflatus,
alioqui non erat dicturus tam multa, planè supra

r fidem

fidem humānam. Et quia adhuc uiuit, eoque fieri potest, ut aut melior, aut etiam deterior euadat; idcirco nihil amplius addā. Ex nostris plerique ridebant eius aduentum: sed in prudenterissimi regis consilium, & causam, cur euocasset, non intelligebant. Super diximus, quemadmodum rex inclusus Plessio castello, praeter sagittarios, nullum ferē comitatum haberet. Augescebant in eo quotidie suspicione, ideoque magnopere prouidebat, ne quis omnium, de quibus parum bene sentiret, aut in urbem admitteretur, aut etiam proprius ad eam regionem accederet. Derebus omnibus nihil quicquam ad eum deferebatur, nisi quid proprie ad ipsum, & ad regni summam pertineret. Corpore sic erat attenuato & exhausto, ut uix hominem repræsentaret: atque ut eam maciem & deformitatem tegeret, splendide uestiebatur, ex ihsque uestibus ultrō saepē dabat suis familiaribus. Quoque maiorem obtineret authoritatem, grauissima cōstituit supplicia, & in eos qui deliquissent, seuere admodum animaduertebat. Hoe adeò mihi referebat ipse. Deinde crebat nouos praefectos, remouebat ueteres, & nihil fere domi, aut etiam foris relinquebat intactum, & alioqui sic erat natura, ut huiusmodi occupationibus delectasretur. Atque ut crederetur esse firma ualeutudine: magnam sui famam per omnem fere Europam excitatbat. Conspiciebatur enim à paucissimis, ut dixi, eoque siebat, ut externi, quum de illius quotidianis actione

actionibus audirent, uix crederent eō grotare. Legatos autē interea multos huc illuc dimittebat. Quas Anglię regi & illius consiliariis debebat pensiones: eas liberaliter persoluit, & alebat eos perpetua spe matrimonij, de quo iam sāpe diximus. Hispanias quoq; modis omnibus in amicitia & fide continere studebat. In Britannia uel Hispanijs, grandī pecunia comparabat sibi canes: In Sicilia mulam aliam quam egregiam: Neapoli speciosos equos: In Africa genus quoddam parvulorum leonum, magnitudine uulpis: E Dania iussit adduci duo quādam genera ferarum, ex ijs unum est magnitudine bubi, corpore cerui, breuibus & spissis cornibus; aliud damas refert corpore & pilo, nisi quod ampliora habet cornua. Pro singulis pendebat quatuor auroreū millia, & quingentos. Verum ut erat operosus & sollicitus in ijs omnibus conquirendis: ita etiam leuiter aestimabat ea, quum essent adducta, & plerumq; ijs, qui adduxissent, non loquebantur. His rebus efficiebat, ut non à suis tantum, uerum etiam ab externis ualde metueretur. Sed nunc ad matrimonium Delphini & Maximiliani filiæ, nobis redeundum est. Maximo cum dolore ferebat istud Eduardus, Anglia rex, postea quām seludificatum esse uidit. Nam & ipse & coniunx maximopere cupiebant suam filiam nubere Delphino, sicut antea constitutum fuit: adeoq; magnā eius rei spem conceperant, ut ijs, qui dubitare uides r ijs bantur,

bantur, fidem non haberent. Nam read commune consilium introducta, quo tempore Picardiam rex oppugnabat, plerique omnes dicebant fore, ut eo bello confecto, Caletum & loca propinqua tentaret. Idem confirmabant Maximiliani & Britanniae Ducis legati. Verum Eduardus, ut id crederet, adduci non potuit: quod ab eo factum fuisse puto, non tam inscientia rerum, quam ut ne pensionis annuae facturam faceret, atque ut ne delitias, ocium & uoluptates, quibus totum se dederat, intermittere cogeretur. Per Flandriam ergo cogitur concilium, eius matrimonij causa, & aderat Maximilianus ipse, quem Gandauenses parum habebant reuerenter, dum & nonnullos proscripterent, & ipsius filio nouam attribuerent familiam. Quibus rebus confessis, quid sui esset propositi, declarabat, & ipsum, ut matrimonium illud, quod suis fortunis necessarium esse dicebant, approbaret, cogebat. Nam & adolescentis erat, & qui consilio uel re potuissent cum iuuare, proximo Tornacensi bello, interierant prope omnes, & alioqui destitutus erat hominibus idoneis, & quoniam est uita cesserat eius uxor: non tam libere, quam consueuerat, loquebatur. De uoluntate Gandauensium, et quid esset actum, regem illico certiorē facit Cordes. Itaque constituitur dies, ad quem puella deduceretur Hesdinum. Paucis ante diebus, Aream, oppidum Artesiae, quidam ē familia Croiorum, eius loci praefectus, accepta pecunia tra-

nia tradiderat Cordæo, & quoniam est ad Flandriæ fines, ea quoq; res matrimonium ipsum magis acce lerabat. Nam etsi Gandauenses cuperent sui Principis debilitatam esse potentiam; tamen ut regem haberent finitimum, minime sibi ferendum esse putabant. Legatos igitur Flandri in Galliam mit tunt communi consensu: uerum negotiis summa dependebat à Gandauensibus, quod & uiribus reliquos præcederent, & sui Principis liberos habebant in potestate, & quod rebus nouis alioqui præ cæteris ualde student. His quoq; Maximilianus adiunxerat aliquot è suis, homines adolescentes, ac tantis rebus explicandis parum idoneos. Rextum grauissime afficiebatur morbo, & uix ægre sui conspectum præbebat, & ut pacis cōditiones iureiurando sanciret, difficillime potuit adduci, idq; eò faciebat, ut ne conspiceretur à legatis. Veruntamen ius rauit tandem, & erant ei conditiones omnes multum utiles. Nam saepius antè, matrimonium hoc expetiuit, eoq; nomine poposcerat solum uel Artesiam, uel Burgundiam superiorem. Gandauenses autem non solum utrancq; ditionem illi dabant: uerum etiam Matisconensem & Carolotensem, & Alettissiodorensem agrum concedebant ei, libenter quoq; daturi, si fuisset eis integrum, Hannoniam & Namurcum, & quam late per Burgundicum imperium Gallica lingua patet, ut eò humiliorem & infirmiorem principem suum redigerent. Rex pro

r iii sua

tuā prudentia satis intelligebat, Flandriam, nisi con-
iuncta sit Artesia, quæ Galliæ finitima est, non se-
posse tueri. Nam ex Artesia cogi potest mediocris
manus optimorum militum, quibus Flandri tu-
multuantes coherciantur. Quò fit, ut Flandriæ Co-
mes, Artesia denudatus, minimum possit, & à Gan-
dauensium arbitrio totus pendeat. Vbi domum re-
uertissent legati: puella statim deducta fuit Hesdi-
num, ubi Cordæus illam excepit. Erat in eius comi-
tatu, præter alios, uxor Rauesteni, filia illegitima
Philippi Burgundiaæ Ducis. Aduenientem in Gal-
liam, exceperunt deinde Borbonius cum uxore, &
alij multi Principes, mandato Regis, & Ambo-
sam, ubi filius Regis erat, adduxerunt. Maximilia-
nus libenter eam, si potuisset, erupturus erat ijs, qui
deducebant, antequam è Flandria discederet. Ve-
rum Gandauenses omni ratione prouiderant, &
iam illius minuebatur indies authoritas, & ad Gan-
dauensium partes multi quotidie transibant. Erat
autem cum Philippo Maximiliani filio, quem illi
educabant, Rauestenus, frater Ducis Clivensis, tan-
quam ipsius moderator atq; rector. Connubium
Eduardus, Angliæ Rex, ueritus, nepensionem ex
Gallia deinceps nullam acciperet, multo magis eti-
am, ne iam despiceretur à suis, qui recte monentis
bus, & euentum rei præsignificantibus fidem non
habuisset. In primis autem metuebat, ne per hanc
occasio-

occasionem, populus rebellionem faceret, præser-
tim in ea propinquitate regis, quem magna moliri
uidebat. Cùm igitur eius rei cogitatione uehemen-
tius perturbaretur; incidit in morbum, neq; multò
pōst è uita deceſſit. Inſcienter nimirum faciunt Prin-
cipes ac inconsulte, quando suam priuatam senten-
tiam multorum iudicijs anteferunt. Dicí enim non
potest, quantum ſæpe malorum ex eo proueniat.
Rex aliquantò pōst certior factus de illius morte,
nullam dabat lētitiæ ſignificationem, et paucis pōst
diebus accepit literas ab Eduardi fratre Richardo,
Duce Cloceſtrio, qui necatís ſui fratris duobus fi-
lijs, principatum occupauerat, & Regis ambiebat
amicitiam, pensionis, ut opinor, conſequendæ cau-
ſa. Rex autem propter immanem ipsius & execra-
dam crudelitatem, neq; legatos audire, nec ad eius
literas uoluit respondere. Nam mortuo Eduardo,
fidem & iuriurandum ille ſuo nepotí, maiorí natu-
dederat: quod in eo fieri confueuit, quem ut magis
ſtratum et principem agnoscimus, neq; multò pōſt,
atrocissimo parricidio, ambos è medio ſuſtulit: nec
id modo, uerum etiam ſorores illorum, ſuas neptes,
frequentí conuocato ſenatu, pronunciauit illegiti-
mas. Sed non diu tulit impune. Nam Deus illi con-
fertim excitauit aduersarium, qui in ſumma rerum
omnium neceſſitate poſitus, imperium Anglicanum
nullo iure ſibi poterat arrogare: sed ſtatura
corporis & forma erat eleganti, & multa perpeſſus
uerat, maximam partem captiuus in Britannia mi-
nori.

nori. Is adiutus à Rege Ludouico modica pecunia,
& coactis per Normanniam circiter tribus hominum millibus, traiecit in Vualliam, quo in loco sacer ipsius cum uiginti sex millibus hominum secesser illi adiunxit, & cùm intermissis aliquot diebus Richardum haberet obuium: imperfecto illo, regni possessionem adeptus est. Hoc eō pertinet, ut ostendam, Deum esse scelerum ultorem, nec crudelitatem ullam impunitam dimittere. Confecto matrimonio Flandrico: Rex omnem illam ditionem habebat pacatam. Britanni etiam pace utebantur, sed tamen, quia copias equestris propius ad ipsorum fines Rex continebat: in magno erant metu. Pacem quoq[ue] colebat Hispania cum eo. Ditionem Ruscinonensem, quę pertinet ad Pyrenæos montes, ac mare mediterraneū, acceperat à Ioanne Arragoniæ rege, patre regis Castiliæ, qui nunc rerum potitur, et acceperat certis cōditionib[us], quę modum impletæ sunt. Hispanus igitur, ob eā propinquitatē, cogebatur & metuere, & sumptus facere. Italiae processores ac ciuitates, erant ab eius amicitia nō alieni. De Heluetijs pro suo ferè iudicio statuebat. Scotus & Lusitanus ab eo toti pendebat. Gallia omnis ad nūc iussisset, ęestigio conficiendū erat, nulla uel mora uel excusatione interposita. Quę putabantur ad ipsius ualeitudinem aliquo modo pertinere: mittebantur ad eum, ex omnibus mundi plagis. Pontifex Ro-

tex Romanus, Sixtus, ubi cognouit, eum religiosa quadam propensione desiderare linteum illud, cui panem azymum sacrifici superimponunt, quo d^{icitur} Petrus, dum sacrum faceret, utebatur; misit ei cum alijs multis diuorum reliquijs. Illa, quæ in Rhe morū urbe seruatur pyxis, cum oleo sacrato, quum ante id tempus non fuisset è loco submota; in ipsius tunc cubiculum delata fuit. Cōstituerat enim uelle inungi, ad eundem plane modum, quo fuit unctionis, cùm inaugurate regno. Plaricq; putabant eum uelle toto corpore inungi; sed uix est credendum, propter exiguitatem olei, quod in ea pyxide conseruatur. Qui nunc est Turcarum Cæsar, per legatum mittebat ei descriptas reliquias, quæ adhuc superessent Constantiopolis; Eas omnes, ac ingenitem præterea uim aurum pollicebatur ei, quò fratrem suum, qui tum per Gallias erat in potestate Rhodensis equitum, & nunc à Romano Pontifice captiuus detinetur: diligenter seruaret. Vbi legatus in Provinciam Massiliensem uenit: Rex illico mandabat, ne longius progrederetur, nec uoluit audire. Quæ singula satis demonstrant, in quanto esset honore per omnem Europam. Quicquid enim omnino pertinebat ad ipsius incolumentem: id omne magno studio fuit impensum. Contulerat certe in ipsum Deus maximas dotes, prudentiam, liberalitatem & fortitudinem. Et quemadmodum reliquos Principes, coæuos suos, uirtute præcedebat:

s ita quoq;

ita quoq; illos propè omnes, & aduersarios in pris-
mis, uitæ currículo superauit. Nā & Carolus eiusq; filia, et Eduardus Anglie rex, & Galeacius Medio-
lani Dux, & Ioannes Arragoniæ rex, paucis annis
ante ipsum, è uita migrarunt. Ac in his omnibus e-
rat, quod & laudares, & reprehenderes (hoc enim
humanum est) In Ludouico autem Rege plurima
certe erant, & uera Principis ornamenta, quod sine
adulatione omni dictum esse uelim. Nam eos, de
quibus loquor, omnes prope familiariter noui,
neq; leuem aliquam auditionem, ut rem certam pos-
no. Dum hæc geruntur, uoluit cum Delphino filio
colloqui. Eum à multo iam tempore non uiderat, &
ab hominum frequentia remouerat: partim ob tem-
peram & imbecillam ipsius pueri ualetudinem:
partim quòd metuebat, ne Principes illo abuterentur,
ad moliendum res nouas, & imperij commuta-
tionem. Quum enim ipse esset undecim annorum
adolescentulus: procerum aliquot impulsu, bellum
aduersus parentem suscepit. Eo igitur domestico
exemplo mouebatur, et filium, simulatq; fuit addus-
ctus, commendabat nonnullis familiaribus, eiq;
magnopere mandabat, ne quid omnino mutaret in
administratione regni. Et quò magis persuaderet:
adferebat in medium, quemadmodum ipse à mor-
te patris, rerum potitus, complures excellenti ui-
tute uiros multosasset: qua quidem ex re periculum
sibi creatum esse dicebat, ex orto Principum bello,
& come-

& communis aduersum se coniuratione facta. Paue
lo post hoc colloquium, & confecto matrimonio,
recidit in morbum, ad eundem plane modum, ut
antea, & iam sicerat afflictus, ut manum ægre posse
set ori admouere, & sine lachrymis uix poterat à
quoquam aspici. Continuo igitur iubet accersiri ge
nerum suum, nunc Borboniæ Ducem. Ei mandat,
ut Ambosam, ad filium suum, Regem, proficisci
tur, simul ostendit, quos homines ad eum admitti,
quos arceri uelit & excludi, & multa dabat egregia
præcepta, quæ ad filij institutionem pertinebant:
quorum si uel partem aliquam ille seruasset, ma
gno id factum fuisset & publico Galliæ, & priuato
ipius emolumento. Post Borbonium mittit Can
cellarium, & quicquid ad eius clientelam pertinet,
cum sigillis, partem etiam aliquam suorum satelli
tum, & è ducibus nonnullos, item aucupes ac uena
tores, & quicquid est eiusmodi rerum. Hos omneis
abeuntes rogat, ut filio bonam & fidelem operam
præsent, ac singulis ferè mandabat aliquid, quod
ad filii deferrent. Vbi loquendi facultatem deinde
semel recuperauit, obtinuit eam ad extremum usq[ue]
spiritu, & intelligendi uim habebat insignem. Cre
bris enim euacuationibus purgabat cerebrum. Non
lamentabatur autem, ut plaricq[ue] solent ægroti, sed
prudenter multis de rebus differens, sexto demum
die per hunc morbum decessit è uita.

s ij Philippi

PHILIPPI COMINAE I

commentariorum Liber

Decimus.

Componam ergo illius acerbitates ac do-
lores, quos pertulit ante mortem, cum
ijs malis & incommodis, quibus alios
affecit. Magnitudine quidē inter se diffe-
runt, ac longe aliud etiā fuit ipsius munus: uerum,
quò prospriori fuit usus fortuna, & quò maior ex-
titit eius per omnē Europam authoritas: eò quoq;
uēhementius fuit adflictus, dū præter consuetudi-
nem suam & naturam aliquid perferre coactus est.
In eo, quem diximus, heremita, summam perpetuo
spem habebat, ac subinde missis nuncijs interpellab-
bat eum, ut uitam sibi produceret. Nam et si res su-
as, quasi iam moriturus, constituerat: tamen redi-
tegrato animo, sperabat se posse euadere. Quod si
accidisset; facile dissipaturus erat concilium illo-
rum, quos Ambosam ad filium præmiserat. Et quia
spem adeo magnam in heremita defixerat: uisum
fuit Theologis, & alijs nonnullis, aperte illi dicen-
dum esse, nihil humani præsidij restare, & ut de salut-
te sua cogitet: Ei quoq; sermoni debere interesse
medicū ipsius, Iacobum Cocterium, cuī menstru-
um dabat stipendium, decem aureorum millia. Ipse
duos Galliæ Príncipes, Ducem Nemorensem &
Connestas-

Connestablium, capite multauerat; & quod alterum necasset: iam cum esset moriturus, ipsum posuit. Et quemadmodum illis per homines deletos, denunciatum fuit supplicium, paucis uerbis, & breue temporis spacium, quo de salute sua statuerent, concessum: ad eundem plane modum isti, nulla uerborum usi circuitione, cum ei praesignificant mortem: Ut officio nostro satisfaciamus, aiebant, res ipsa postulat. Spem nullam deinceps collocare debes, uel in heremita, uel in quoquis alio. Nam actum est de te prorsus. Itaque de uitae exitu cogitare uelis. Nihil enim supereft remedij. Ea pronunciata sententia, cum pro se quisque breuiter aliquid ad rem dixisset: Ille, spero, inquit ad futurum mihi Deum, ac fortasse non sum tam imbecillus, quam existimatis. Quam acerbum ei fuisse credibile est, eam audire uocem? Nam mortem nullus unquam uehementius exhorruit: nemo etiam maiori studio & ratione de remedij unquam cogitauit, quam ipse. Familiaribus suis per omnem uitam, & mihi quoque saepenumero mandauerat, si quando ipsum in ea necessitate positum esse cōspiceremus, ut, nulla prorsus facta mentione mortis, ad peccatorum expiationem solummodo adhortaremur, ac videbatur esse tunc temporis molliori animo, quam ut adeo duram sententiam audiret. Pertulit tamen omnia magno & constanti animo, ad extremum usque spiritum. Filio, quem tunc regem uocabat,

s iii multa

multa uarijs de rebus nunciabat, & ubi sacramenta nostræ religionis ex more percepisset; multum habuit sermonem de ihs, quæ ad filium, & regni administrationem pertinebant. Hoc autem in primis flagitabat, ne Cordæus ante sextum mensem à filio discederet, neué filius aliquid aduersum Caletos, aut quosvis alios moliretur. In concilio quidem decreatum fuisse dicebat, ut Caletum tentaretur, & alia quædam loca: sed periculorum id esse iudicabat, quod Angli, per hanc occasionem, denuo possent in Galliam excitari. Mandabat igitur, ut per annos quinque, uel eò plures, pacem filius coleret cum uiciis omnibus, quam tamen ipse, dum uiueret, ferre non potuit. Et sane, tametsi magna sit & copiosa Gallia: tamen propter superiorum annorum calamitates, pacem aliquam diuturnā ualde desiderabat. Illud etiam magnopere cauebat, ne Britanniæ dux Franciscus bello lacesseretur, neué præberetur ei ulabelli suspicio. Dixi, quemadmodum moriendo necessitas ei non nihil inscienter & asperè denunciata fuit. Verum mensibus aliquot antè quam mores retur: omnes planè habuit suspectos, in primis autem homines aliqua excellenti uirtute. Filio, quod eum quoq; metueret, magnas posuit custodias: nec erat ulli integrum colloqui cum eo, nisi ipsius concessu & mandato. Sed & filia tandem cœpit difidere, & genero suo, & indicari sibi uoluit eos, qui castellum ingredierentur. Instituerat anteā senatum in eo

In eo castello, cui Borbonius gener præerat. Ne hunc quidem tulit, & in ijs suspicionibus, totum a boleuit. Borbonius & Comes Dunensis, legatos Flandriæ, qui nuptijs Delphini interfuerant Amboſæ, honoris causa, quod fieri solet, deduxerant. Vbi Plessium reuertiffent magno cum comitatu: è stipatorum & satellitum suorum præfectis quendam accersit, & explorare iubet, an essent armati sub ueste, sed ut dissimulanter faceret, mandat, intrea dum familiariter cum ijs loquitur. Multos ipse, per omnem uitam, perpetuo metu & sollicitudine excruciauerat: & nunc ecce uidemus eum ad consimilem plane modum affligi. Cui enim se commitat, qui liberis etiam suis, & genero fidem non habet? Hæc autem non ad ipsum modo pertinent: uerum etiam ad eos omnes principes, qui metui uolunt. Qua quidē in re quanta sit seruitus, quum ad senectutem peruerterunt, tunc demū aperte sensiunt, quia coguntur inuicē plurimos formidare. Quād fuit autem illi acerbum & durum, in eiusmodi metu uersari? Medico suo menstruum dabat stipedium, ut supra quoqđ diximus, decē aureorum millia: nec id modo, uerum etiam Episcopatum Ambianensem, eius nepoti, & munera publica multa largiebatur eius propinquis & amicis. Et tamen medicus tam erat uerbis in eū asper & durus, ut nihil supra: ualde igitur eum Rex metuebat, & ad suos familiares, de illius asperitatenimia, ſepe querebatur, neq;

neq; tamen audiebat eum à se dimittere. Nam ille
pro sua consuetudine severius aliquando interpel-
lans: Non dubito, quin me quoq; sis electurus, ait,
sicuti reliquos omnes: uerum sanctissimo iureiu-
rando tibi confirmo, post meum abs te discessum,
non te uicturum esse supra octauum diem. Ea uoce
magnopere perterrefactus, adulabatur illi modis
omnibus, & amplissima donabat munera. Sed qui
tantam plurimis annis ad omnes Principes atq; po-
pulos habuit authoritatem: ei non potuit non esse
ea seruitus longè acerbissima. Iis, qui deliquerint,
graues admodum pœnas constituit, ut suprà dixi-
mus; ideoq; carceres parauit horrendos, & ualde te-
tros, nempe caueas aliquot, partim ferreas, partim
ligneas, ferreis laminis coopertas, latitudine octo
pedum, & altitudine paulò maiorí, quam est statu-
ra hominis. Excogitauerat hanc rationem Cardi-
nalis Baluensis, & in eam, quæ primum perfecta fu-
it, inclusus est ipse, perq; totos quatuordecim an-
nos detentus. Post hunc alij multi sunt eas execra-
ti, & ego quoq; captiuus in ijs, per menses octo fui,
mandato regis, qui nunc præest. Compedes etiam
ferreas longè grauissimas à Germanis fieri curauit,
quibus illigarentur crura. Pedes uinciebantur an-
nulo ferreo, ab eo pendebat immanis quadam ca-
thena, & ad eius exitum maximí ponderis globus.
Vidi non paucos, magna uirtute uiros, ijs uinculis
constrictos, qui poste a liberati, summos ab eo conse-
cuti.

cuti sunt honores, ac fortunas amplissimas. Et sicut per ipsius imperium carceres illi funestis fuerunt inventi; ad eundem planè modum ipse quoq; ante mortem, consimilibus omnino vinculis sese induit, inq; maiori uersabatur metu, quam illi, quos alii quando captiuos detinuerat. Quod eò pertinet, ut ostendam, neminem esse omnium hominum, qui non aliquo dolore & incommodo afficiatur. Postremo, densis ac ferreis cancellis totum castellum cinxit. Hi cum essent proxime murū, ad uestibulum pertinebant, ut supra quoq; diximus. In fossa perpetuo excubabant deni sagittarij, quibus mandaerat, ut in omneis, qui alieno diei tempore appropinquarent, tela conicerent. Sciebat quidem, hanc munitionem non posse maiori aliqui ui resistere: uestrum eò spectabat potius, & omni ratione prouidebat, ne Principes, coniuratione facta, partim ui & imperio, partim gratia castellum occuparent, & sumpta authoritate, in ordinem ipsum cogerent, ut hominem parum sanę mentis, & administratione indignum. Ante octauam horam non aperiebatur porta castelli, & tunc solum admittebantur eius domestici famuli, & præfecti, ac centuriones: qui & ad uestibulum & ad portam disponebant custodias, quemadmodum in locis, quę sunt ad hostium fines, fieri consueuit. Ingrediendum autem erat omnibus, non quidem per patentem portam, sed per parvulum ostium, & præter paucos aliquot familiares,

liares, quorum erat opera necessaria, nemo quisquam, nisi uoluntate ipsius, introibat. Quid an alius quis arctiori custodia coherceri possit: quam ille se ipsum cohibusit? Eae, quibus alios complures alii quando constrinxerat, caueat, erant alte pedes octo: & ipse tantus Princeps habebat perexiguum, in quo deambularet, uestibulum. An non maximas credibile est eius fuisse acerbitates: qui se ad eum modum inclusit ipse: qui propinquos & necessarios omnes ita metuebat, ut suam salutem non audiret eorum fidei permittere? Quantò autem maior erat ille carcer, quo se induit, quam sunt platericq; alij: tanto quoq; præstantior erat ipse & amplior, quam alij captiui. Sunt fortasse, qui putent, fuisse aliquando principes, magis quam ipse fuit, suspiciosos. Et quidem puto, nostris quidem temporibus, neminem suspicionibus induluisse magis, quam illum, & uix est, ut aliquis tam prudens, & qui populum habeat tam obsequentem, quam ipse habuit, in eam partem sic incumbat. Et ut aliqui sint hodie tales, aut extiterint aliquando: iij fortasse male sibi conscient, propter anteactam crudelitatem, magnas habuerunt metuendi causas. Ipse uero neminem, nisi a quo primum esset laesus, offendit. Ethæc omnia recito, non solum, ut in quanto uixerit pauore ac metu, demonstrem: uerum etiam ut ostendam, primum: fuisse in his afflictionibus consimilem illius tolerantiam, qualis fuit eorum, quos ipse alii quando

quando diuexauerat: deinde, ut qui post eum uen-
turi sunt , maiori clementia & humanitate mis-
rum populum tractent, neq; tam severa supplicia
statuant, quam ipse fecit. Quanquam alioqui ne-
scio, an meliorem uiderim Principem. Nam et si ma-
gnopere suos premebat: tamē in alio non erat idem
laturus. Ab ihs tandem acerbitatibus eripuit ipsum
Deus, absq; ullo maiori corporis cruciatu, qui quis-
dem deprehenderetur. Loquebatur autem conti-
nenter, ad extremum usq; sp̄ritum, deq; sepultura
constituit, & à quibus deduci uellet funus , præ-
cepit: ac subinde dicebat sperare , non se moritu-
rum ante diem sabbati, idq; beneficio diuæ Virg-
nis, quam religiose admodū per omnem uitam co-
luit, & ita quidem accidit. Cūm enim die lunæ po-
stremo correptus esset morbo: sequenti postea die
sabbati è uita decessit, secundo calendas Septem-
bris. Parum certè spei & præsidij uulgu hominum
in rebus humanis reliquum sibi esse uidet: postea
quam tantus Princeps, defunctus plurimis grauis-
simisq; laboribus & curis, coactus est tandem om-
nia relinquere, neq; momentum aliquod temporis
uitæ curriculo potuit adiçere, quantumuis etiam
euperet . Familiariter eum & domesticè noui; sed
nullum habuit ferè tēpus , à labore & sollicitudine
uacuum. Venationibus autē & aucupijs multū de-
lectabatur. Interea dum uixi cū eo, non sestabatur
alienos amores. Nam quo primum tempore ad ip-

1483.

t i j sum

sum accessi: mortuus est ei filius, grauissimo ipsius
cum dolore, atq; tum me p̄sente uotum Deo faci-
ebat, nullius foeminae notitiam se habiturum esse,
præterquam uxoris. Et quanquam hoc ad eius offi-
cium alioqui pertinebat: tamen ea uirtus & con-
stantia multum in ipso laudanda fuit, præsertim,
cum & obsequentes haberet plerasq; omneis, & ip-
sius uxor non esset ea forma, quæ magnopere aliq;
quem afficeret, tametsi alioquin egregia & honesta
foemina. In uenationibus autem non minus mole-
stie, quam uoluptatis percipiebat, ex ingenti labo-
re, dum incitatis equis consectabatur ceruos. Ex-
pergefactus enim prima luce, prodibat in campū.
& longius aliquando, quo uis etiam cœlo: & non
nunquam domum redibat multum defatigatus, &
maximam partem iratus alicui suorum comitum,
ut in eo genere exercitationis fieri consueuit. Huic
studio uacabat plerumq;, donec noua re aliqua ob-
lata reuocaretur. Nam per æstatem ferè intercedet
bat aliquid inter ipsum & Carolum dissidij: hyeme
uero paciscebantur indurias. Erat ei de Ruscino
nensi ditione controuersia, cum Ioanne Arragonie
Rege, patre regis Hispaniarum, eius, qui nunc prin-
cipatum obtinet. Qui licet exiguis esset facultati-
bus, & Barcinonenses, cuius ciuitatis est longe am-
plissima authoritas illius oræ maritimæ, haberet
aduersarios: tamen, quoniam Ruscinonensi popu-
lo erat acceptus, diu multumq; restitit. Premebatur
ergo

ergo Ludouicus perpetuis curis, ut ante diximus,
& in ocio, quod fieri solet, erat maxime negotiosus.
Varijs enim occupationibus distinebatur, nec sua
tantum curabat: uerum etiam alienis sese immisce-
bat. Exorto bello, cupiebat pacem aut inducias; fa-
cta uero pace, uix continere se poterat, quin aliquid
denuo moliretur. De minutissimis etiam rebus, &
quæ facile alioqui poterant negligi, prorsus uoluit
cognoscere: & sic erat eius natura, ut ista curiosita-
te quodammodo aleretur. Ac sane ualebat memo-
ria, suprà quam credi possit, & quid per omnes Eu-
ropæ prouincias gereretur, maximè autem in fini-
timis regionibus, optimè tenebat: magnus profe-
cto uir, & idoneus, qui non unum aliquod regnum
administraret, sed toti terrarum orbis consilio suo
prouideret. Quę furerit eius adolescentia, non dicā,
eo quòd nihil habeo comperti. Veruntamen cùm
esset undecim annorum, instigatus à nonnullis, ini-
micitias aduersus parentem suscepit. Grandior aut
factus, uxorem duxit inuitus, Scotię regis filiam, et
quamdiu illa uixit, grauiter hoc matrimonium tu-
lit. Ab eius morte, factionibus nobilium adductus,
in Delphinatum, quæ quidem prouincia ad ipsum
pertinebat, sese recepit. Sectabantur eū multi hone-
sti & egregij uiri, plures etiā, quam pro ipsius facul-
tatis. Dum ijs locis moratur, contraxit matrimo-
nium cum filia Sabaudię Ducis: neq; multò pōst,
ortum est inter ipsum & sacerorum graue dissidium;

t iij & bel-

& bellum ualde asperum. Carolus septimus, pa-
rens, cum uideret eum nimis habere magnam opti-
morum ducum et nobilium manum: statuit eò pro-
ficiisci cum exercitu, ut his præsidijis ipsum denuda-
ret. Ingressus iter, missis litteris, & magnis ex more
constitutis poenis, denunciabat nobilitati, ut è ue-
stigio ad se redirent. Ei mandato complures obtem-
perabant, inuitissimo Ludouico, qui patris iram ue-
ritus, tametsi coactas haberet copias: relicta prouin-
cia, & per Burgundiam facto itinere, paruo comi-
tatu, cotulit se ad Philippum Caroli patrem, à quo
liberaliter fuit & amanter exceptus. Et quanquam
hac ratione subleuabatur aliquantulum: tamen
quotidianis impensis dimituta pecunia, cogeba-
tur saepè ab alijs mutuari, non absq; magna sollici-
tudine, ne desereretur à suis. Quod certe graue ad-
modum est & acerbum ihs, qui difficultatibus eius
modi nō assueuerunt. Itaq; nec in Burgundia quis-
dem familia uixit absq; molestijs. Nam & Philip-
pus Princeps erat ei obseruandus, & eius necessa-
rii, nefastidirent. Hæsit enim ibi per sex annos, atq;
interea pater urgebat Philippum per legatos, ut eū
uel desereret, uel ad se remitteret. Quo quidem tē-
pore facile intelligi potest, in quantis ille fuerit an-
gustijs. Quodnam igitur quæso tempus habuit ua-
cum alaboribus? Opinor equidem, inde à pueri-
tia, perpetuis eum fuisse agitatum curis, ad extre-
mum usq; uitæ diem. Attigit annum sexagesimum
primum,

14 22

primum, & iudicabat ipse, non se uicturum esse suis
pra sexagesimum, ac dicebat, Gallia Reges, à mul-
tis temporibus eum terminum nō excessisse. Nunc
de Carolo uideamus etiam. Is nihilò ferè melius ha-
buit, Iuuenilibus quidem annis iucundè uixit, &
ante uicesimum secundum ætatis annum, nullis im-
miscebatur negotijs. Postea uero cœpit dissidere à
præfectis domesticis, cumq; uideret eos gratia & fa-
uore patris subleuari: discessit in Hollandiam, & li-
beraliter exceptus à populo, consilia sua cum Gan-
dauensibus communicabat. Nullas ipse quidem fa-
cultates habebat; sed Hollandi locupletes atq; co-
piosi, plurima donabant. Idem erat studium alia-
rum quoq; ciuitatum, ut ad ipsius benevolentiam
aditum sibi pararent. Sic enim est comparatum in
rebus humanis, ut quorum augescere uideamus po-
tentiam: eos magis obseruemus, quam illos, qui in
supremo gradu positi, non possunt amplius progre-
di. Hoc etiam Philippus non ignorabat, qui cùm au-
diisset, Carolum esse non ingratum Gandauensi-
bus: respondit, perpetuam esse eius populi con-
suetudinem, ut futuros quidem principes diligat:
ubi autem ad imperium accesserint, exosos ha-
beat. Et uerè quidem istud dicebat. Posteaquam es-
tim ad Carolum delata fuit summa rerum: muta-
runt uoluntatem atq; studia, nec id obscure sæpius
declararunt, & ipsius posteritatem maximis affe-
cunt incommodis. Atq; ut ad institutum reuertar,

Caro

uertar, Carolus inde ab eo tempore, quo Galliae
Principibus confederatus, bellum regi fecit, quid,
obsecro, in uita solidæ delectationis habuit? aut
quibus nō curis atq; laboribus fuit obnoxius? Pro-
spero cursu fortunæ sublatus, initio cogitabat, quie
quid erat uspiam, sibi suisq; finibus commodum &
opportunum, occupare, & per æstatem ferè conti-
nebat exercitum in acie, non absq; magno pericu-
lo. Sollicitudinem uero in se recipiebat omnem, ac
licet erat potentissimus: ambiebat tamen multò
maiora: Primus omnium ad laborem surgebat, &
postremus quieti sese dabant, non secus ac si calo-
num fuisset omnium uilissimus. Per hyemem, si
quando à bello abstineret, totus in hoc erat, ut pecu-
niam corrogaret. Eius consuetudo sic ferebat, ut ab
hora sexta, mane, plurimum temporis impenderet
serijs occupationibus. Hoc ei iucundum erat in pri-
mis. Magno etiam studio legatos externorum Prin-
cipum audiebat, & in his defatigationibus uitam
finiit, occisus ab Heluetijs, ante Nanceium, ut su-
pra docuimus. Posteaquam igitur animum semel
adiecit ad cupiditatem et ambitiōem, quicquid esse
potest in uita suavitatis, amisit. Quorsum uero per-
tinebat, ut ipse, qui tam erat potens, qui tam mūl-
tas, tamq; copiosas & locupletes tenebat non urbes
modo, sed & prouincias, quæ ad omnem fœlicitas-
tem ei satis esse poterant, elusmodi sese laboribus
eruiciaret. Ad Angliae regem Eduardum nunctran-
seamus.

seamus. Is adolescentulus admodum , patrem suum, Ducem Eboracensem, uidit profligatum & imperfectum in prælio, cumq; eo patrem Comitis Beruicensis , qui propter iuuensem ætatem Eduardi, summam imperij tenebat, ac ipsum deinde Regem constituit, & Henricum profligauit, qui iam longo tempore potitus erat rerum, & mea quidem sententia, iure . Sed cum esset parum prudens : natæ sunt factio[n]es inter proceres, easq; fouebat illius uxor, Renati Siciliæ regis filia, quando Sombresseti ducis partes tuebat, ac Beruicensem oppugnabat. Quod fidem remisset illa dissidiū: sibi, suisq; fortunis, & Angliae rectè consuluisset. Nam exortum ab ea dissensione bellum, uiginti nouem annos durauit, ac multo maximam partem lectissimorum hominum absumpsit. & illud immoderatum reginæ studium, in causa fuit, ut Beruicensis Comes, Eboracensem domum, odio Lenclastricę familię deinceps propugnaret. Factio[n]es nimirum coniunctæ sunt omnes cum periculo, inter nobiles præsertim, qui multum alioquin in eam partem incumbunt: Dicat fortasse quispiam, illas partium offendentes regibus esse non inutiles: patefieri hac ratione omnia consilia: nihil esse, quod non efferatur ad regem: & in maiori ipsum esse obseruantia. Non negarim equidem, si quis Princeps adolescens eiusmodi simultates ac contentiones in gynæceo suscitet: quin maximam sit habiturus ridendi, suiq; oblectandi materiam.

Nihil enim erit adeo secretum, quod in hac mulier-
cularum æmulatione & inuidia non resciscat. Ve-
rum ut ea consuetudo recipiatur in cœtu virorum:
ingens profecto periculū in eo uersatur. Hoc enim
uere sit, ignem in tuis ædibus accendere, quem de-
inde non possis, nisi maximo tuo detimento, restin-
guere. Nam qui Principem à se uident alienatum
esse, iij ferè nouas incipiunt tentare amicitias, & illis
libenter se coniungunt, quos dissidere putant ab
eo, quem sui aduersarij partes tueri uident. Acut
nullum extet aliud documentum: certe factio[n]es
illæ Aurelianæ & Burgundicæ familiæ, periculi
magnitudinem & luctuosos exitus demonstrare
nobis possunt. Ex ijs enim ortum est bellum, quod
per septuaginta duos annos durauit, cui permixti
Angli, magnam Gallię partem occuparunt. Sed ut
reuertar, unde sum digressus: Eduardus rex erat om-
nium hominum sui temporis longe formosissimus.
Constitutis autem rebus, & profligatis aduersarijs,
planè se dabat uoluptatibus & ocio, & uenationijs
bus, atq[ue] ad hunc modum per sedecim prop[ri]e annos
uixit suauiter, quo quidem tempore natum est dissid-
dium inter ipsum & Beruensem. Et quanquam
ab eo fugatus fuit & electus ē regno: breui tamen
post tempore, redintegratis viribus, omnia recuper-
auit, eocq[ue] bello confecto, rediit ad consuetum uitæ
genus, eiq[ue] multò magis etiam indulgebat quam
antea, planè securus, & corpori curando solum in-
tentus;

tentus: Verum in ætate florenti poenas dedit intemperantiae, & repentina ferè morbo sublatus, perijt, filijs ipsius interemptis, & regni possessioe ab eius ablata stirpe, sicut supra demonstrauimus. Ab hoc ueniendum est nobis ad alios, Hungariæ administrationem obtinuit nostra memoria, Ioannes Huniad, & Moldauia, uir excellenti & preclara uirtute, qui multis prælijs deuicit Turcas, Hungariæ uicinos, propter occupatas in Græcia finibus & Sclavonia, prouincias. Eo mortuo, gradior factus Lancelotus, Hungariam & Bohemiam ad se iure transstulit, & impulsus à nonnullis familiaribus, ut fersur, Ioannis Huniad filios duos comprehendit, affirmans, illum, se paruulo, nimiam usurpassè potentiam, & periculum esse, ne filij, patris insistant uestigij. Maiore igitur necato, alterum Budæ seruari iussit, neç multò post è uita decepsit, ueneno sublatu's è medio, Pragæ, quæ Bohemorum est urbs amplissima. Consuetudinem habebat ijs locis, cum fœmina quadam nobili, quæ grauiter ferens, illum in matrimonium ducere Caroli septimi, Galliarum regis filiam, contra datam sibi fidem & promissum: in balneo pomum ei dedit, per medium cultello disuisum, qui ueneno tinctus erat. Ab eius morte, proceres Budæ conueniunt, regis creandi causa, qui mos ipsorum est: quoties non relicti liberis, è uita rex decepsit. Dum ibi concilium habetur: uenit eò Mathiæ mater, amplissimo comitatu, locuples ad-
u ij modum

modum mulier, quò facilius erat ei, breui tempore
magnum aliquod satellitium cogere. Credibile
est, fuisse in eo principum & nobilium cœtu, & in
urbe, qui rebus ipsius fauerent, ob mariti recentem
& claram memoriam. Posteaquam eō uenit, filium
ē carcere eximit. Ex nobilitate complures, & eccles
iasticis ordinis nonnulli, metu periculi statim pro
fugerunt: reliqui Mathiam crearunt regem, cuius
maxima fuit & singularis tum uirtus, tum fœlici
tas. Multa enim fecit secunda prælia cū Turcis, nul
lo cum Hungariæ detimento, sed maximo illius
cōmodo, Cœsari Friderico, qui rerū adhuc potitur,
Austriam eripuit, eāq[ue] tenuit quamdiu uixit. Sum
ma prudentia & consilio, res suas, tam pacis quam
belli temporibus, administrabat. Postremis uitæ
annis, cùm hostem nullum amplius metueret: ma
gnifice domum instruxit, & ornauit omnis generis
exquisitissimis rebus. Quicquid esset grauium ne
gociorum: aut ipse procurabat, aut quomodo fieri
uellet, suis mandabat. Euasit tandem aliquanto cru
delior, & metui uolebat à suis. Morbo deinde corre
ptus non sanabili: circiter uicesimum octauum æ
tatis annum, post multos & erumnos labores,
Viennæ, ad Danubium, mortuus est. Turcarum
Cœsar Mahometus, nostra memoria, prudens fuit
& insignis princeps, uerum dolo contendebat, &
insidijs nitiebatur magis, quam uirtute. Cùm uigesi
mum tertium annum ageret: Constantinopolim
uice

mathias obijens
etatis 24. 11. 14. J.
per mortem 11. 47.

ui cepit. Vidi depictam eius effigiem in illa ætate; & certe magnam aliquam indolem, ac præstans in genium uidebatur repreſentare. Expugnauit eam urbem, ut dixi, maximo nostri orbis dedecore, & summo cum detrimento. Fuit interfectus ibi Cesar ipſe orientis, cum infinita hominum multitudine: uirgines uictiæ complures, ac honestissimè nobis lissimæq; fœminæ maximo numero miserabiliter stupratæ: breuiter, immanitatis & non humanae uiolentiæ genus nullum fuit ibi prætermissum. Prima hæc erat illius uictoria, quam deinde summa fœlicitate prosecutus est. Nam memini, cùm Venetorum legatus recitaret Carolo, illum cepisse duo Imperia, quatuor regna, & urbes ducentas. Loquebatur autem de Constantinopolitano & Trapezontino imperio, & Siria & Armenia & Peloponneso, iuxta quam multas occupauit insulas, et in his Mitylenem. Albaniam quoq; ferè cepit omnem, atq; Sclauoniam. & hæc quidem omnia nobis, qui Christiano nomine censemur, ademit; suæ autem religiæ nis Principes non minus bello uexauit, quam nos, & ex ijs complures ad extremam inopiam rededit. Maximam negotiorū partem tractabat ipſe, quemadmodum & Ludouicus, & Mathias Hungariæ rex. Ac sane fuerunt hi tres omniū suę ætatis fortissimi prudentissimiq; principes: uerum Ludouicus & humanitate, & honesta uiuendi ratione illos longe præcedebat. Quantum ad delitias ac uoluptates

u. ij attinet,

attinet, totus in illis fuit immersus Turcarum Cæfar, & maximam temporis partem illis impedit, & à nulla prorsus uitæ turpitudine aut foeditate abstinevit, eaq; intemperantia deinde morbum ei concidit longe grauissimum. Quotannis, ad initium æstatis, ut audiuī ex ihs qui uiderunt, intumescebat ei alterum crus, magnitudine ferè corporis: & plaga non apparebat ulla: remittebatur deinde tumor, nec ullus unquam chirurgus aut medicus, quid esset morbi, dijudicare potuit. Hoc unum affirmabant plæriq; luxum & uitæ intemperantiam esse in causa. Conspiciebat autem à paucissimis, & in curru quodam artificiose fabrefacto sese continebat, ut nequām esset macer & extenuatus, uideri posset, & ne sui contemptus aliquis ex eo nasceretur. Ad quinquagesimum secundum ætatis annum evita deceſſit, repentina fere morte. Testamen tum fecit, cuius exemplar ipse legi, ac inter alia dolebat ei plurimum, quod extra ordinem suis prouincijs imperasset pecuniam. Quocirca mihi uide, quid nostri Principes facere debeant, qui certe ius nullum habent, onus aliquod imponendi inuito populo. Videmus h̄c, intra quām breue tempus, quām multi potentes ac summi reges mortui sint, posteaquam ingentes sumpterunt labores, ut augescerent & locupletarentur, cum maximo procul dubio corporis, ac etiam animæ fortassis detimento. Nihil igitur est præstabilius, mediocri uitæ genere,

quod

quod qui potest assequi & tueri: is omnium certe est
felicissimus. In rebus humanis ita comparatum
est, ut nullus ferè sit populus, cui non æmulum alii
quam & aduersarum Deus excitarit. Gallis oppo-
suit Anglos, & Anglis Scotos. Hispanis perpetua
quædam simultas intercedit cum Lusitanis, Italiae
Principes magna ex parte retinent possessiones,
nullo ferè titulo, & acerbe suis imperant. Iis aduersa-
funt reliquæ potentiores ciuitates, Venetiæ, Flo-
rentia, Genua, nonnunquam etiam Bononia, Ses-
na, Luca. Arragonie reges oppugnantur ab Ande-
gauorum ducum familia, Mediolani & Insubriæ
uicecomites, ab Aureliana domo. Venetis sunt infe-
sti Principes Itali & Florentini. Senenses autem &
Genuates oderūt Florentinos. Genuates laborant
& sunt diuisi ciuilibus factionibus Fregosiorum,
Adornorum, & Auriorum. In Germania magnæ
sunt inter Austriacam & Bauaricam domum æmu-
lationes, & quæ sunt ex Bauariæ Ducum stirpe na-
tae familiæ, inter se ipsæ dissident. Austriacis princis-
pibus magnum est & graue odium cum Heluetijs.
Impugnat à Clivensibus Geldri, & hi ualde sunt
in iqui Iuliacensibus. Quæ sunt ad Oceanum Ger-
manicū & Balthicum mare ciuitates, bella saepe ge-
runt cū Daniæ regibus. In Germania plurimæ sunt
arces atq; castella munita: quæ res licentius agendi
multis occasionem præbet. Nam unus aliquis, fas-
mulo tantum comitatus, ciuitati cuiquam denunci-
are au-

are audet inimicitiam , confisus aliquo castello , in
quod receptum habet , & socijs aliquot equitibus .
In hoc genus hominum , Germaniae principes non
admodum animaduertunt , quoniam ipsorum os-
pera nonnunquam utuntur ; Ciuitates autem , ubi
facultas eis datur , seuerissime puniunt , & facta con-
iuratione , circumuallant aliquando receptacula ille-
lorum , & demoliriuntur , simul in eos usus aliquot
equitum cohortes alunt . Atq[ue] is est per Europam
rerum status . Quid per Asiam & Africam fiat , non
habeo compertum : sed dicuntur inter se , non mis-
nus quam nos , immo turpius aliquantò dissidere .
Nam in seruitutem se pertrahunt ipsi , seque inuicem
nostris hominibus uenundant , & uidemus , quam
multi quotidie ad Lusitanos deportentur . Apparet
igitur , has dissensiones , ueluti stimulum quendam ,
in rebus humanis esse necessarias . ac mihi quidem ,
tametsi literarum nullum usum habeo , sic uidetur ,
potissimum uero , propter quorundam Principum
ignauiam & malitiam , qui ingenij quidem satis ha-
bent & cognitionis : uerum abutuntur eis , neque ad
res honestas accommodant . Doctrina enim uel me-
liores reddit homines , uel deteriores , pro cuiusc[unque]
natura & inclinatione : sed tamen uerisimilius est ,
aliquem ea fieri meliorem . Nam quo quisque magis ,
quid se deceat , intelligit , eodem uehementius ipsum ne-
glecti pudet officij : & etiamsi non omnino sibi tem-
peret a maleficio ; tamen ne plane modum excedat ,
cauet .

cauet. Ac istud quidem usū cōpertum habeo. Multos enim noui, quos à prauis & illaudatis consilijs eruditio sola retraxit. Huc etiam accedit metus diuinī numinis. Quanta enim sit peccati magnitudo, & quantopere Deus offendatur flagitijs: docti non paulò melius, quam homines imperiti, cognoscunt. Qui sunt igitur male instituti principes, quantum sit munus, quod acceperunt à Deo, non intelligunt, & ipsorum familiares, ne malam gratiam sibi concilient, dissimulant: & ut ex omnibus forte sit unus, qui fideliter admoneat: is tamen suæ sententiæ nullos habet approbatores, ac ferè sit, ut ridiculus habeatur. Est sane quædam nobis innata prauitas, adeo magna quidem, ut nulla plane rationes ab iniurijs & uiolentia coherceat. Potentiores, ubi castellum aut oppidum eripuerunt alicui, quas cuncte de causa: nolunt à possessione deinde discedere, & ubi semel aliquem obduxerunt colorem, cur ita fecerint: accedit postea propinquorum & adulatorum assensus, qui hæc omnia collaudant: Magna certe est multorum Principum iniquitas, qui pecuniam pro sua libidine suis imperant, & amplum alunt satellitium, ut miseram multiturdinem in metu contineant, eamq; deinde pecuniam temere & uoluptarie profundunt, nullo cum Reipub. bono, et de quotidianis sumptibus nihil remittunt, & suos exhausti, & assentatorum stipati sunt turba. Sed est Deus, qui flagitium nullum finit impunitum,

nitum, & crudelitatem in primis detestatur, qui tam
met si non loquitur hominibus hodierno die, sicut
priscis illis temporibus, tamen quae sit sua perpetua
sententia, & quid a nobis fieri uelit; clare perscrip-
tum reliquit, ita quidem, ut nemo plane, qui modo
sits sanæ mentis, & qui ad iustam aliquam peruenes-
rit ætatem: excusandi sit habiturus locum. Illi igitur,
qui ui & armis imperia sua continent, & quoties-
es aliquid mandant, capit is constituunt poenam: ad
supremum illud tribunal Dei quomodo cōsistent:
Multa saepe crudeliter & inique & insidiose faci-
unt, dum speciem aliquam iustitiae prætendent.
Nam habent eos, qui ius dicunt, suarum cupidita-
tum plerumq; ministros, & quantumuis leue deli-
ctum exaggerant. Si capitale nihil deprehendunt:
rationes excogitant, ut eum, cui male uolunt, im-
mensis varijsq; sumptibus defatigent, dum & accus-
satorem non sistunt, & testimonia non cognoscunt,
& auidè expectant, num criminacionem aliquis in
eum, qui captiuus detinetur, instituat. Quod si pa-
rum tutu uidetur haec uia, neq; satis ad ipsorum uo-
luntatem accommodata: nouis utuntur perfugijs,
& præ se ferunt, exempli statuendi causa, tali fuisse
opus animaduersione. Si quis autem est ipsorum
cliens ac beneficiarius: in eum multò sunt asperio-
res, ac contra officium & fidem, qua sit obstrictus,
eum aliquid egisse confirmant, & eò totis uiribus
incubunt, ut aut facultatibus omnibus eum exus-
ant,

ant, aut alioqui uarijs modis affligant. Euicinis, qui sunt potentiores ac minime stolidi, eos sinunt uti pace: uerum, si quis est infirmior, eum sic perturbant & exagitant, ut quod se tandem recipiat, uix ha beat. Causam facile inueniunt: subministrauerit ipsorum aduersarijs auxilia, uel tale aliquid. Quam obrem aut in ipsis ditionem, coactam aliquam misericordiam manum adducent, ut ibi sumptu miserorum alantur, aut alienam aliquam litem aduersus eum, suam facient, aut eius inimicos ope subleuabunt, aut quamcunq; aliam nocendi rationem inuenient. Si quis ipsorum parentibus bonam & fidelem operam præsttit: eum loco submouent, & nouos sibi parant beneficiarios. Ecclesiastici ordinis hominibus molestiam de sacerdotijs creant, ut saltem aliquid extorqueant, quod deinde locupletent & augeant eos, qui plerumq; nullum ipsis honestum exhibuerunt officium. Nobilitatem multis uarijsq; laboribus & impensis exhausti, quando bella pro sua libidine & arbitratu suscipiunt, incorsutijs, quorum absq; uoluntate & consensu nihil tale mouere debebat. Cum enim equestris ordinis homines ac uiri nobiles, non modo facultates omnes, uerum etiam uitam & sanguinem in bella profundant: æquissimum est profecto, ut prius, quam suscipiatur bellum, eius rei consilia cum ipsis communicentur. Quantum ad promiscuam & miseram multitudinem attinet, nihil plane reliquum eis

xij faciunt,

faciunt, & quum tributū ab eis prēter omnem modum & æquitatem exigant: quominus ab equestribus etiam cohortibus, quas alunt, diuexentur, non cauent; quæ quidem cohortes obequitanthuc illuc perpetuo, & non solum uiuunt sumptu miserorum, sed etiam proterue & insolenter in eos multa faciunt. Nec enim contenti sunt ihs, quæ passim in agris reperiunt, uerum miseris etiam hominibus uim adferunt, eosq; cogunt longius abiēre, & aliunde adferre cibaria delicatiora; mitto, quod uxorum quoq; & filiarum pudicitiam tentant. Huic autem incommodo facile posset occurri, si bimestri quoquis dependerentur eis stipendia, quibus aluntur alioquin ex publico. Sic enim nullam essent habituri causam, qua se purgarent de iniurijs illis, quas inferunt, necessitate quadā, ut aiunt, eo quod ipsis non persolutur. Atq; istud de Gallia proprie dico, quæ prēter omnium aliarum gentium modum, miserabiliter his direptionibus uexatur. Aliæ prouinciae sua etiam habent incommoda. Et ut ad institutum reuertar, nemo est omnium principum, qui ius habeat, uel teruncium unum exigendi à suis, preter constitutum annum censum, nisi populus assentiat. Dicat aliquis fortasse, non unquam incidere tempus aliquod, ut non sit integrum, agere conuentus, aut conscribere populum, eo quod eiusmodi mora & coniuncta sit cum periculo, & bellirationes impedit. Nihil hoc certe ad rem facit. Nam

cit. Nam ut bellum suscipiatur: graui quadam & matura opus est deliberatione, neq; subito uel præcipitanter aliquid in eo fieri debet: Deinde, quando reges de communi populi consensu rem gerunt: & sunt potentiores, & ab hoste magis metuuntur. Nullum enim tam subitum oriri potest aut moueri bellum, ex longinquo præsertim, quin multò ante sentiatur. & quoties tale aliquid incidit: populus libenter sua conferre debet, ac modis omnibus auxiliari. Sed ipsorum principum est etiam prouidere omni ratione, ne leue aliquod bellum pro sua libidine & temere suscipiant, quo per hanc occasionem pecuniam à suis extorqueat. Ad finium tuitiōnem opus est haud dubie sumptus facere, etiam pacis tempore, ne inopinantes opprimamur: sed moderate omnia fieri debent, atq; totum hoc in Principis positum est prudentia. Per omnem Europam, quod ego quidem norim, belli temporibus minimum affligitur in Anglia populus, & calamitas tota redundat in dissensionum ac belli authores. Sunt Principes, quibus hoc frequens est in sermone, ut dicant, habere se priuilegia, ut quantum uelint, exigant à populo. Certe Galliarum Rex omnium misericordia causam habet, ut istud de se factet. Nec enim uel ipsi, uel cuiuis alij licet. Qui uero comparanda gratia causa, potestatem hanc illi tribuunt: ij certe parum liberaliter agunt, & prouide. Quid enim finitimorum uoluntates alienare magis possit, quam

x ij eiusmodi

eiusmodi uoces atq; licentia. Verum si rex ad hunc modum diceret, habere se populum fidelissimum, qui libenter imperata faciat; qui nullum onus recusat; qui patientissime quiduis toleret; qui damnum acceptum moderatissime ferat; maiorem sane laudem ex eo sit habiturus, quam si prius illud dicat, sumq; priuilegium sibi diligenter seruandum esse contendat. Non sic loquebatur Carolus quintus, Galliarum rex, neq; uero aut Ludouicum, aut eius filium, qui nunc praeest, sed ipsorum familiares audiuí non semel in eam loquentes sententiam: & prudenter quidem ipsorum iudicio, sed reuera facies banthoc, partim adulacione, partim inscientia rerum. A morte Ludouisci regis conuenerunt omnes Galliae ordines, ut de summa imperij statuerent: Non deerant id temporis imperiti quidam, & tenuis conditionis ac nullius usus homines, qui dicebant eiusmodi cōuentus ad crimen læse maiestatis pertinere, quod regum imminuat eo ipso potestas. Verum qui sic loquuntur, scelere se polluunt, grauiissimeq; dubioprocul & Deum & Rēpublīcam offendunt. Nam eiusmodi uoces solum spectant ad priuatam utilitatem eorum, qui nullo suo merito uel uirtute, authoritatem obtinent, qui ad nullam rem honestam idonei, clandestinis susurrationibus Principum aures demulcent, & gratiam ebulandiuntur, qui conuentus idcirco metuant, ne ipsorum detegatur improbitas. Dum istud apud

Turo^o

Turones concilium habetur : Gallia uehementer erat afflita. Nam per uiginti & eò plures annos grauissime vexata fuit exactiōibus. Carolus enim septimus, quod et suprà diximus, imperabat solum duodecimētis centena francorum millia quotannis : Ludouicus autem filius, ad quadragies & septies centena millia, præter eos sumptus & operas, quæ facienda erant deducendis tormentis & consimilibus rebus. Itaq; miserrimum erat spectaculum, uidere multitudinis et populi erumnas. Hoc tamen erat in eo boni, quòd auare nihil agebat, omnemq; pecuniam impendebat in ædificia, munitioñesq; locorum. Ecclesijs etiam plurima donabat, & præstisstisset eum hac parte minus fuisse liberalem. Spoliabat enim tenuiores ac inopes, ut eos, qui alioquin, abundabant, locupletaret. Ab eius igitur interitu magnæ fuerunt natæ dissensiones. Principes enim ac reliqui ordines, facta rebellione aduersis filium eius, qui nunc præest, cogitabant alium regem constituere, uel ita saltē cohērcere illū, ut ne regiā obtineret potestatem. Sed mitigati tandem, iusurandum & fidem illi ex more dabant, & ex omnī numero delecti fuerunt duodenī, quorum ille secutus consilia, tredecim annorum adolescens, regio more, quid fieri uellet, mandabat, & habito concilio, proceres ac ordines multa postulabant ab eo, quæ ad salutem regni pertinere dicebant: ueruntamē ad ipsius & delectorum uoluntatem omnia referabant,

ferebant, cumq; uigesies & quinquies centena fran-
corum millia ille imperasset, assenserunt: nec id mo-
do, uerum etiam, ut post biennium alij conuentus
agèrentur, petebat, & si ea pecunia summa non sus-
ficeret eius necessitatibus, ultro deferebant se datus
ros, quantum uellet: ac si quis aliquid aduersus ip-
sum ullo tempore moliretur, senon facultates tan-
tum omnis, uerum etiam sanguinem & uitam pa-
ratos esse pro ipsius incolumente profundere. Hæc
eò pertainent, ut ostendam, quàm sit egregia Gallo-
rum erga suum regem uoluntas & benevolentia.
Num iniquum est igitur & inhumanum, si quis,
cum populum habeat tam obsequenter & libera-
lem, uelit eos imperio cohercere, quasi liceat sibi
quantilibet exigere? Nonne multò sit honestius,
comitate quadam eos ad suam uoluntatem addu-
cere: quàm imperio agere pro sua libidine? Cero-
te, quod suprà non semel diximus, nemini omnium
licet, absq; populi consensu ullam pecuniam impe-
rare. Sed in utramq; partem ferè peccatur. Nam &
Principes immoderatè multa sàpe faciunt, & po-
pulus nonnunquam grauiter illos offendit, quan-
do nec morem gerunt, & in necessitate deserunt, &
rebellionem faciunt, plane cōtra fidem & iuriuran-
dum. In Principibus autem conspicitur magis, &
est illustrior Dei potentia, quàm in hominibus pri-
uatis atq; plebeis. Nam hi multis opportuni sunt
infurijs, & nonnunq; pr̄ter ius & æquum mulctan-
tur,

tur, uel prædæ consequendæ causa, uel culpa iudicis & errore. Aliquando etiam iure plectuntur, in eoq; nihil est reprehendendum. Quando uero principes eorūq; familiares, aut ciuitates aliquid delinquent, quis ea de re quæstionem habebit? & habita quæstione, quis ad iudicem deferet? quis iudicis personam sibi sumet? quis pœnam cōstituet? Quę nam est autem huius tantæ licentia & prauitatis causa? uel cur in deteriorem partem sic propendimus omnes? Incredulitas nimirum hoc efficit. Nam si certò statueremus, esse Deum, quis celus nullū sinit impunitum: esse perpetuas & sempiter nas pœnas, quibus affliguntur impij; credibile est, neminem fore, qui uiolenter aut auare uel crudeliter aliquid ageret. Cùm ab hoste princeps aliquis detinetur captiuus: an aliquid habet in rebus omnibus tām charum ac preciosum, quod pro sui liberatione non dependat? Certe quicquid undiq; corrugare potest, tām ē suis, quām ē populi facultatibus, totum hoc eō confert, quemadmodum scimus accidisse temporibus Ioannis Valesij, Galliarum regis, qui captus ab Anglis, apud Pictones, dependit eis tricies centena francorum millia, et simul dabant tertiam ferē Galliæ partem, quę tunc ad extremam inopiam redacta, corio, cui modicū erat infixum argenti, loco pecunia utebatur. Hæc omnia ille pro recu perāda libertate persoluit, et ut nihil plane dedisset: Angli tamen non erant eum imperfecturi, & ut id fe
y cissent:

cissent; tamē quota fuisset illa, queso, pars cruciatuū
inferni, quibus afficiuntur post hanc uitam impīj?
Cur autem & se suosq; liberos & populum ad hanc
egestatem ille redigit? Ideo sane, quōd certō scie-
bat, non se alioquin euasurum esse carcerem. Et ta-
men fieri potest, ut quo tempore flagitium illud,
quodcunq; sit, admisit, propter quod in hanc tātam
calamitatem incidit: securus plane fuerit, neq; cre-
diderit, se Deum offendisse. Quiduis igitur ille fe-
cit, ut ē vinculis expediretur: & uero tam nulli ferē-
sunt aut pauci admodum principes, qui poste aq; se-
mel aliquid occuparunt quocunq; modo: restiture-
re illud uelint. Nam neq; ratio, neq; iuslurandi reli-
gio, neq; metus diuini numinis, nec æquitas ulla,
nec inferni cruciatus perpetui, mouere illos possūt,
ut quod alienum est, quod à se mala fide possideri
sciunt, reddant. Interrogaui paulo antē, quis habi-
turus sit questionem de potentibus, quis illos accu-
sabit, quis litem definiet, quis pœnam interrogabit?
Certe querimoniæ & lachrymæ miserorum homi-
nū, quos crudeliter uexarunt, item uiduarum & pu-
pillorū gemitus atq; suspiria, quos parentibus atq;
maritis inhumane spolarunt, breuiter eorū, quos
afflixerunt et fortunis omnibus denudarunt, lamē-
tationes atq; plangor, erunt accusationis loco, quam
illi corā supremo Dei tribunalī sistent. Qui magni-
tudine scelerum offensus, non semper concedit diu-
turniorem impunitatem, sed illos aliquando uerbes
rat præ-

rat præsentibus pœnis, ita quidem euidenter & clare, ut dubitari non possit, ipsum esse iustissimum in pietatis nostræ ultorem. Plerique uero principes, immo periti quidem illi & inconsulti, quandiu prospera uiuntur fortuna; nihil tale metuunt, sed cum maxime securi sunt omnium rerum, tunc ecce Deus respondeat illis aduersarium aliquem excitat, de quo minime suspicati fuerant. Et quoniam eius rei in omnibus fere libris, ac in his Commentarijs pulcherrima extant documenta; nihil est opus prolixiori demonstratione. Atque ut ad finem aliquando perueniamus: nihil est in hac erubenda uita potius, quam ut metuamus diuinum iudicium, & studeamus in rebus omnibus equitati, & contentissimus mediocri uitæ gene re, neque defatigemur ipsi curis, quales ferè suscipiuntur à multis, nimia quadam cupiditate & ambitione augeundis. Hanc uiam si possemus ingredi, atque teneat: & tranquillus uiueremus, & minus affligemur ualeudine aduersa, & morte non adeo formidaremus. Etenim quanta sit uita nostræ miseria, facile potest ex eo colligi, quod simulacrum mortuus est alius quis, quicunque sit ille: statim omnes abominantur & exhorrescunt ipsum cadauer, & exuolat anima, sicuturque statim iudicio ineuitabilis,

y i

200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

IOANNES SLEIDANVS
Lectori S. D.

Vanta sit utilitas huius historię, nō dubito, quin satis intelligent omnes, uel tenui ciuilium rerum cognitione praediti. Et quoniam ad illustrationem horum temporum, in quibus uersamur, maximè pertinet, atq; hanc ob causam potissimum eius interpretationem suscepit: idcirco, ut planior sit & intellectu facilior, quædam paulò altius mihi repetenda sunt. Et principio quidem, uidemus duas potentissimas nostri orbis familias, Francicam & Burgundicam, continentibus ferè bellis cōflictari. Eius uero malī causam ab ipsa stirpe & radice inuestigare oportet, ut uideri possit, quantè sit molis, natum semel inter potentes principes dissidium, ita compонere, ut non semper aliquæ maneant reliquæ. Sic igitur res habet. Ad Ioannem Valesium, Philippi Valesij filium, Galliæ Regem, qui ante annos centum & octoginta è uita decessit, delata fuit inferis or Burgundia, quæ Ducatus nomen obtinet. Is in prælio captus ab Anglis, apud Pictones, ac deinde mortuus in Anglia captiuus: filios reliquit quatuor, Carolum, Ludouicum, Ioannem et Philippum. Ad Carolum natu maiore delatus est principatus. Fuit hic, eius nominis quintus, ac propter insig-

y iij nem

nem uirtutem nominatus est prudens. In diuidēda
hæreditate, minimo fratri Philippo, dedit Burgun-
diam, à patre acceptam. Philippus igitur Burgun-
dīæ Dux, cognomento Fortis & Audax, in matris
monium duxit, Ludouici Flandriæ Comitis filiam
unicām, & auctus per eam fuit Artesia, Flandria,
Burgundia superiori, quæ Comitatus nomine cen-
setur, Niuerensi & Rethelensi ditione. Ei successit
Ioannes filius, Regnabat autem tum in Gallijs Ca-
rolus sextus, Caroli quinti filius; Qui cū exercitu
protectus, ut Ioanni Britanniæ minoris Ducī, bel-
lum faceret; ubi ad Cenomanos peruenit; inter e-
quitandū, subito in mentis alienationem incidit. Et
quanquam per interualla morbus redibat; summa-
tamen gubernationis erat penes ipsius patruos.
Fratrem iste habebat Ludouicum, Ducem Aure-
lianum. Inter hunc & Ioannem Burgundīæ Du-
cem, Philippi Audacis filium, patrueles, orta fuit
emulatio quēdam atq; simultas de principatu, dum
ambo, per ualestinem Regis, primas administra-
tionis partes obtinere student. Augescente uero in
dies magis atq; magis eo dissidio: Dux Aurelianus,
de nocte, quum paucis admodum comitatus dos-
mum rediret; Luteciæ fuit interfactus. Qui cædem
fecerant, profugerunt in ædes, quas tum Flandriæ
Comites ibi, ut pleriq; alij proceres, habebant. Hoc
postea cognitum fuit, habita quæstione. Postridie
conueniunt patruī & propinquī Regis; in his etiam
erat

erat Burgundie Dux, Ioannes. Cumq; de perpetra-
ta cæde grauis institueretur ab omnibus querimo-
nia: Biturigum Dux animaduertit, in Ioanneulus
tum atq; colorem mutari. Secedens igitur, priua-
tim cum eo & amicè loquitur: roget an sit sibi con-
scius? Ille suspirans, & in lachrymas effusus, fate-
tur summissos à se fuisse percussores. Tum Biturix,
hei me miserum, ait, qui uno die duos amitto con-
sanguineos. Burgundus illico discedens ab eo, qua-
si mox redditurus: concendit equum, & paruo co-
mitatu profectus, incredibili celeritate contendit
ad Atrebates, ac pontem à suis, quā transibat, rescin-
di iubet, atq; ita incolumis eus sit. Collectis deinde
copijs, quoniam & deploratam regis ualeitudinem,
& factionibus sciebat diuisos esse multorum an-
imos: incursionibus Galliam uexabat, & Parisien-
sem populum habebat suis rebus fauentem. eoq;
deducta res tandem fuit post multam disceptatio-
nem, ut Carolus sextus, cōpositione cum eo facta,
publicis literis fateretur, cædem illam sui fratri, iu-
re, ac Reip. bono factā fuisse. Verum, ut fieri solet
in rebus, quæ parum firmo nítuntur fundamento,
quum reliqui principes & ordines, Aurelianī Du-
xis filij potissimum, hanc Regis contestationem im-
probarent, & ab eo, qui parum esset sanæ mentis,
profectam esse dicerent: recruduit odium, præser-
tim cum iam paulatim grandesceret Caroli sexti fi-
lius. Renouatis igitur dissidijs, miserrimus erat Gal-

liax stas

Iuxta status, Angli enim qui iam inde à Philippo Vassilio Regis proauo, illam uexauerant, hanc occasionem conspicati: grauissimum ei bellum infererant. In his acerbitatibus, cœptum est cogitari de remedio & salute. Cumq; Angli Rothomagum obſiderent, eò deducta res fuit, ut utrinq; data fide, Burgundus & filius Regis (Delphinum Galli uocant) qui posteà dictus est Carolus, eius nominis septimus, apud Monstrelum, uiginti supra Lutetiam milliaribus oppidum, ad confluentem Sequanæ et Ionæ, in collocutionem uenirent. Ibi tum Burgundus, in conspectu Delphini, ad quem transierat, fuit interemptus à quibusdam Aurelianii Ducis familiaribus, quos ad colloquium Delphinus adduxerat, anno duodecimo post Aurelianii cædē. Hanc patris necem, Philippus filius, cognomento Bonus, ulciscens: foedere se coniunxit Anglis, & illorum adiutus præsidij, per triginta duos annos continenter bellum Galliæ fecit. Tandem summorum príncipum intercessione, pax inter eum & Cærolum septimum facta fuit Atrebati, exclusis Anglis, qui nimium acres et duras leges proponebant. Ea pacificatio prorsus erat ex utilitate Philippi. Sic enim tunc afflicta fuit Gallia, ut tranquillitate & ocio uehementer opus haberet. Inter alia, Rex das bat Philippo Ducis, & eius liberis masculis, agrum illum omnem & oppida, quæ sunt ad Somiam flu men, sub certa cōditione, ut ex his commentarijs claram

rum est. Ea constituta pace, Rex, quod uoluit, cōfes-
quebatur. Nam belli summā et omne robur, in An-
glos, qui tunc bonam Galliae partem tenebant, con-
uertit, eosq; ex omnibus undiq; locis tandem pro-
fligauit, ita quidem, ut ab eo tempore, præter Cale-
tos, nihil hodiè magnopere citra mare possideant.
A morte Caroli septimi, bellum, quod antea uix
magno labore sedatum fuit, renouatum est inter
eius filium Ludouicum undecimum, & Carolum
Philippi filium, ut ex his commentarijs cōstat. Quo
interfecto prope Nanceium: Rex Burgundicam
domum acerrime persecutus, non modo Burgun-
diam utramq;: sed & Picardiæ & Artesiæ bonam
partem occupauit, ac bellum deinde gessit cum Ma-
ximiliano Friderici Cæsaris filio, qui Caroli filiam
unicam, & florentissimarum ditionum hæredem,
in matrimonium duxerat. Composito tandem &
hoc bello per connubium, & mortuo Ludouico:
Carolus filius, eius nominis octauus, grandior fa-
ctus, Margaritham Maximiliani filiam, spōsam su-
am, ante annos nouem ad se deductam, domum
remisit, & Annam, Francisci, Britanniæ minoris
Ducis, filiam unicam, Maximiliano, publicè in
Ecclesia, per internuncium desponsam, uxorem du-
xit, ut Britannia, cuius iam bonā partem occupa-
uerat, sine contentione potiretur, eamq; pacatam
haberet. Ibi denuo, quod nuper curatum erat uil-
nus, recruduit, & grauissima sunt exorta bella, pro-

pter hanc, quam Maximilianus factā sibi putabat
esse contumeliam. Ac inter alia, cum Carolus re-
gno Neapolitano capto, domum rediret; Maximil-
ianus foedere coniunctus cum Alexandro Ponti-
fice Rom. & Hispaniarum rege, & Venetis, & Lu-
douico Sfortia, Mediolani Duce, prope Forumno-
rum, ad radices Apennini montis, illum adortus
est. Verum ipse tametsi multò inferior numero: sin-
gulari quadam fortuna perusit. In publicis etiam
Imperiū decretis, extat quoddam Maximiliani po-
stulatum, ubi à Príncipibus Germaniae opem petit
aduersus illum, molientem res nouas contra Ponti-
ficem, & Italiam proceres. Ab eius morte, delatus est
Galliae príncipatus ad Ludouicum, eius nominis
duodecimum. Et quanq̄ de odijs nōnihil iam remis-
sum erat: tamen certa nulla fuit inter eos, aut cōstās
amicitia, turbante omnia Iulio Secundo Pontifice,
qui cum esset infestissimus Galliae, traduxit ad se
quæcumq̄ potuit auxilia, & in his Maximilianum.
Qui quoniam diutissime regnauit: cum Francisco
etīa Valesio, eius nominis primo, nunc Galliarū re-
ge, inimicitias exercuit. Et ab eius interitu, quę sint
consecuta bella inter Carolum quintum Cæsarem,
Maximilianū nepotem, in quo Burgundica stirps,
atq̄ Caroli posteritas renata esse uidetur, & hunc
ipsum Franciscum, in recenti est hominum memo-
ria. Aceo solum hæc omnia ordine recitauī, ut & lu-
cem aliquam adferrem his Commentarijs, & ostens-
derem,

derem, inde ab illa cæde Ducis Aurelianī, annis ab
hinc centum & triginta octo, ferè perpetuum fuisse
dissidium Francicæ familie cū Burgundica. Quod
eo pertinet, ut Príncipes, ac ipsorum familiares, ma-
gnopere caueant dissensionum occasiones. Nato e-
nī semel dissidio, necesse est multas deinde præbe-
ri causas offensionum, quod hīc accidisse uidemus.
Dum enim perpetuatis odijs, ab illa cæde Aureli-
ani, & Burgundi, nouæ semper dissensionum natæ
sunt occasiones: dum Cæsar ereptam sibi suisq; ma-
ioribus Burgundiam, & Galliæ Rex ademptum ab
illo sibi Mediolanum queritur: dum insigni rerum
facta uicissitudine, quas per Italiam nuper et nostra
memoria reges Galliæ tenuerunt prouincias, Nea-
politanum regnum & Insubriam, Cæsar hodie pos-
sideret: uidemus, quò reciderint omnia. Et quantū ab
eo fonte prodierit malorū, ad hoc usq; tempus, adeo
sumus experti, ut omnibus precibus à deo petendū
sit nobis, quò familias illas duas, longè potentissi-
mas, à quibus Europæ summa ferè tota pendet, an-
teā saepe frustra reconciliatas, firmis amicitiæ uincu-
lis, ad sui nominis gloriam, ita coniungat, ut certo
sperare possimus, ac nobis polliceri, tyrañnidem
illius, qui latrocinijs, & immanissimo belli genere
nos persequitur, non esse longius progressuram.

De Anglia nunc dicendum est, & quamob-
rem illi Galliam ad se pertinere cōfirment, utin his
commentarijs appetet. Philippus Galliæ Rex, co-

z ï gnomens

gnomento Pulcher, qui ante annos ducentos & tris-
ginta mortuus est, quatuor habuit liberos, Ludouicu-
m Hutinum, Philippum Longum, Carolum
Formosum, & filiam Isabellam, quae nupsit Eduar-
do secundo, Angliae regi. Filii principatum ordine
tenuerunt, et quum è uita cessissent, non relictis libe-
ris masculis: Eduardus tertius, filius Eduardi secun-
di ex Isabela, missis in Galliam legatis, petebat re-
gnum ad se, qui nepos esset Philippi regis è filia, de-
ferri. Proceres ac ordines, conuocato concilio, dice-
bant antiquitùs ita & institutū & obseruatum esse,
ne fœminæ ad Galliæ principatum admitterentur:
& quādoquidem ipsius mater in eo nihil habeat iuri-
ris, ipsum quoq; nō posse ullum sibi ius uendicare.
Et ut fœminæ omnino locum habeant: potius ta-
men esse ius filiarum Ludouici, Philippi, & Caro-
li Formosi, quam sororis ipsorum: & meritò illas
debere sibi patribus succedere, si qua ratione fœmi-
nis ad regnum pateret aditus. Post multam utrincq;
disceptationem, h; qui dicuntur Pares Franciæ, Re-
gem constituunt Philippum Valesium, Philippi
Pulchri ex fratre nepotem. Eduardus igitur bellum
statim denunciat, & acerrime gessit, non ipse mos-
do, sed & illius posteri: ita quidem, ut & Aquita-
niae, & Normanniae maximam partem, & Luteciæ,
& quicquid círcum est, plurimis annis occuparint:
donec à Carolo septimo, Philippi Valesij abnepote
prorsus ejacerentur, ut supra diximus. Ab Eduardo
igitur

igitur Tertio, & à Philippi Valesij temporibus, qui ante annos centum & nonaginta quinque mortuus est, Angliae Reges, ea de causa, quam diximus, & Galliam ad se pertinere dicunt, & eius inscriptio-
nem ac titulum sibi usurpant, in hunc usque diem. A
Philippo autem Valesio hi fuerunt ordine reges,
ex ea gente ac familia, Ioannes, Carolus Quintus,
Sextus, Septimus, Ludouicus undecimus, Carolus
octauus, Ludouicus duodecimus, et Franciscus pri-
mus. Galli eam legem, qua cauetur inter alia, ne fœ-
minæ ad regni successionem admittantur; Salicam
uocant, & est ipsis quodammodo peculiaris. Hun-
garia quoq; si non supersit filius, liberam habet
electionem. Dania uero maioribus utitur priuile-
gijs. Nam etiam si multi sint filij regis: iure tamen
successionis ad principatum ex ijs nemo quisquam
admittitur, & totum ex arbitrio procerum ac ordi-
num pendet, sicut ipsorummet scripta testantur.
Eadem ratio dicitur esse per Poloniā: tametsi
cū idonei sunt filij, ferè præferuntur omnibus alijs.
Per Hispanias autem, & Lusitaniam, & Siciliam, et
Neapolim, & Nauarram, & Angliam, & Scotiam,
à Principatu fœminæ non excluduntur.

Proximum est, quandoquidem Galliæ plus
rima fit, & locorum in his commentarijs mentio:
ut exponam, quibus hodie finibus illa contineatur,
quando regum subest imperio, & in quas partita sit
prouincias, & quibus eæ uocentur nominibus, &

z iij quos

quos illæ populos, quorum C. Cæsar, & alij mentionem fecerunt, comprehēdant. Et principio quidem, quām latē pateat, & quemadmodum posita sit, post C. Cæsarem nemo melius dixit. Manebit igitur illa descriptio immota & integra. Sed hodiez no die has ditiones habet maiores. Burgundiam datum, Campaniam, Picardiam, Normanniam, Britanniam minorem, Xanthones, Guiennam, Vasconiam, Languedociam, Prouinciam Massiliensem, & Delphinatum. Hæ sunt uelut extremæ oræ, quibus tanquam sepimento quodam & muro, prorsus ambitur interior illa, cuius hi sunt populi, Franci, quorum caput est Lutecia: Carnutes, Cenomani, Andes, Turones, Bituriges, Ambares seu Niuerenses, Boii seu Borboni, Aruerni, Lemovices, Pictones, Petracorii, Vellauni, Ducatus nomine obtinent Burgundia, Normannia, Britannia, Guiana, Bituriges & Borbonia, Normannia completa, et Neustrios, Ambilates Bellocassos, Lexouis, Eburonices, Aulercos. Britannia continet Osismos, Diablintres, Venetos, Curiosolitas, Rhedenes, Nanetes, Cadetes, Guienna Vibiscos, Cadurcos, Heluios, Rhutenos, Vasconia Tarbellos, Dastios, Bigerones, Auscos, Cantabros. Languedocia Tholosates, Volcas, Nitiobriges, Delphinatus habet Blagonios, Brannonices, Eburodunos. Porrigitur usq; ad Allobroges, qui nunc Sabaudi, & Taurinos, qui Pedemontani hodie dicuntur. In Burgun-

Burgundia sunt Hedui, Mandubii, Lingones, & pars aliqua Sequanorum. In Campania Rhemi, Catauni, Trecenses. In Picardia, Sueffiones, Ambiani, Bellouaci, Veromandui, Morini. His planè sunt vicini Atrebates & Neruji: sed iij, propter Flandram, Cæsaris Caroli quinti parent imperio. Medium Galliæ regionem obtinent Bituriges, æquali prope spacio undiq; dirempti à finibus. Tenent igitur hodie Galliarum reges omnem Aquitaniam et Celticam, præter Heluetios & Comitatum Burgundiam, quos Gallorum siue Celtarum nomine Cæsar comprehendit: Belgicæ uero partem, à Sequana & Matrona possident usq; ad Atrebates et Pleumozios, siue Flandros, & Neruios, & ad Mosam flumē. Tenent, præter Ruscinonensem agrum, Narbonensem omnem prouinciam, & quicquid est trans Rhodanum, usq; ad Allobroges & Taurinos, quorum tamen maximani partem Franciscus primus, ante annos nouem, bello cepit. Guienna & Vasconia propriè ad Aquitaniam pertinent, & eo solo nomine censebantur olīm. Quo loco igitur mentio fit in commentarijs, Ludouicum regem fratri suo dedisse partem Aquitaniæ: hoc de Guienna solum, non autem de Vasconia intelligendum est. Languedocia, pars est prouinciæ Galliæ, sicut Cæsar, & antiquitus illam uocarunt. Eam uero partem, quæ est trans Rhodanum, uersus mare Mediterraneum, usq; ad Liguriæ montes, Galli peculiariter hodie uocant

uocant Prouinciam. In ea sunt Auenio, & Aquæ
sextiæ, & Massilia, & Arelate, & Tollenum. Britan-
nia minor, sic appellata propter maiorem, nempe
Angliam, eas continet ciuitates, quas Cæsar uocat
Armoricas. Totius autem Galliæ longe maximæ
sunt & opulentissimæ, Normannia & Britannia.
Earum extremifines, sicut & Picardię, & Xantho-
num, & Guiennæ, & Vasconiæ, pertinent ad Ocea-
num: Languedocia uero & Prouincia Massiliensi-
sis, ad mare mediterraneum. Normanniam à mul-
tis iam temporibus Galliæ reges tenent. Burgun-
diam & Prouinciam quemadmodum Ludouicus
undecimus acquisierit: ex his commentarijs no-
rum est. Britanniam Carolus Octauus adiunxit,
quando Francisci Ducis filiam unicam, Annam,
uxorem duxit, quam deinde Ludouicus duodeci-
mus, quium nulla Carolo superesset proles, in ma-
trimonio habuit. Borboniam & Aruerniam, Fran-
ciscus primus, ob Caroli, earum regionum Princ-
pis, defectionem ad Cæsarem: sibi uendicauit. Gal-
licæ linguæ (qui nunc est illius usus) principatum
obtinent hodie, Parisenses, Aureliani, Carnutes,
Turones. Ab ijs nonnihil uariant, Normanni, & ali
quanto magis Picardi, ac Burgundiones, præfer-
tim accentu. Britanniæ pars illa, quæ est Andibus
propinquæ, minimum differt: Interior autem illa,
prosorsis alio sermone utitur, sicut & Vascones &
Aquitani, & Languedocij, & Prouinciales, qui ad
Ita-

Italicam magis accedunt. In iudicij autem publicis & senatibus; pure loquuntur omnes ac scribunt Gallice , quanquam forensis ille stylus à latina lingua maximam partem mutuatur.

Diximus antea de Paribus Franciae. Ad eorum arbitrium & iudicium redit omnium rerum & consiliorum summa , & constituendi regis, cum de successione est controvërsia, potestatem isti habent, ut accidisse uidemus in Philippo Valesio . Sunt autem numero duodecim, antiquitus instituti, ut ipsorum in primis consilio reges uterentur, quemadmodum in Germania sunt Principes Electores, dignitate & gradu cæteris potiores. Ex ijs tres sunt Duxes, Burgundus, Normannus, Guiennus seu Aquitanus: Comites uero totidem, Flandriæ, Campaniæ, Tholosæ: Deinde sex Episcopi, Rhemenensis, Laudunensis, Lingonensis, Nouiodunus, Bellovacus, & Catalaunus. Ex priori ordine nulli hodie supersunt, præter Fladriæ Comitem. A multis enim annis, Normanniæ, & Guiennam, & Campaniam, & Tholosanam ditionem, & à morte Caroli Ducis, Burgundiæ tenent Galliarum reges, ac patrimonio suo coniunixerunt. Flandria sola restat, quam Carolus quintus Cæsar, superioribus annis, quando cum Francisco Valesio rege, Madricij, & postea Cameraci pactus fuit: exemit à fide , qua Gallia prius erat obstricta. Nam illinc ad Senatum Parisensem prouocari solebat, sicut octavo libro recitat

Aa tur

tur de Burgundia Cancellario & Imbercorto, qui
capitis damnati à Gandauensibus, appellationem
illam interponebant. Nunc autem, quando Franci
scus primus ei iuri cessit: prouocationes omnes, uel
Atrebatum uel Mechliniam deferuntur. Porro, tas
met si nulli extant pares: tamen cum aliquid solen
ne peragitur, euocantur alijs Principes, qui sint ipsos
rum loco, quemadmodum quo tempore Ludouic
us duodecimus, proximus ante hunc, regno fuit
inauguratus: Dux Alenconius, & Borbonius, &
Lotharingus, & Clivensis, & Rauestenus, & Comes
Fossensis repræsentabant sex illos primi ordinis.
Quantum ad reliquos pertinet, nō quoniam sunt Ec
clesiastici: manent immoti.

De senatu quoq; Parisiensi, & eius authoritate,
mentio fit in his commentarijs, libro tertio. Sunt
omnino septem eiusmodi senatus per Galliam (ip
si Parlamenta uocant) à quibus prouocare non lis
cet, & ad quos ab omnibus alijs iudicijs appellatur.
Ii sunt Parisiensis, Tholosanus, Rothomagensis,
Divionensis, Burdegalicus, Aquensis in Prouinc
ia, & Gratianopolitanus in Delphinatu. His o
mnibus stipendia Rex præbet. De causis omnibus &c
criminibus isti cognoscunt, & quod à singulis defi
nitum fuerit: ei standum est. Omnia autem latiss
ime patet, ac amplissimam iurisdictionem habet Pa
risiensis. In eum aliquando uenire solent ipsi reges,
quoties aliquid magni decernere uolunt, quemad
modum

modum ante annos octo, mense Ianuario, Franciscus primus, bellum illaturus Carolo Cæsari, uenit eō, & per aduocatum suum expositis, quas ab illo sibi factas dicebat, iniurījs, demonstrabat, bellum sibi necessariō suscipiendum esse, ut Flandriam & Artesiam, quā nunc illius uitio & culpa ad se pertineant, recuperaret, & Galliæ rursus, ē qua prodijſſent aliquando, coniungeret. Olim ista refes rebantur ad publicos conuentus ordinum. Ii quo, niam aboliti sunt: aliquod adhuc eius rei uestigium manet, dum ad eum senatum itur, quod tamen rarissime nunc fieri consuevit, quando solus rex, pro suo iudicio quiduis decernit. Illud autem adhuc frequens est ac usitatum, ut pactiones regum, & quicquid omnino ad regni constitutionem pertinet: in eo recitetur, & scriptis publicis, quorum ipsi custodiām habent, inseratur.

Et quoniam ad Galliæ descriptionem uentum est: non erit alienum adiçere aliquid de fluminib⁹, quibus irrigatur. Ex ijs prima et maxima sunt. Matrona, Sequana, Ligeris, Arar, Rhodanus & Garumna. Deinde, Somia, Iona, Elauer, Albis, Axona, Osia, Druētia, Isara. Mosam & Mosellam non ponam in eo numero. Nam et si in Gallijs, protut à Cæsare illa describitur, originem habent: nempe ex Vogeso monte, tamen quoniam extra Franciæ Regum fines labuntur: non huc propriè pertinet. Scaldem eadē de causa nō pono, qui prope Ve-

Aa ij roman⁹

romāduos ortus, perq; Neruios & Flandros dēcur
rens, non in Mosam, ut Cæsar ait, sed milliaribus
aliquot, infra Antuerpiam, in Oceanum illabitur.
Dubis etiā, quem Cesar Alduasdalim uocat, nō des-
bet huc referri: qui supra Vesontionē ortus, prope
Virodunos, Arari sese coniungit. Matrona ortum
habet ex Lingonibus: labitur per Campaniam, &
duobus supra Luteciam milliaribus, in Sequanam
influit. Sequana prouenit ex Burgundia Ducatu,
interlabitur Luteciam, alluit Rothomagum, deinceps
de uoluitur in Oceanum. Ligeris oritur in Aruer-
nia, & longissime profluens, infra Nanetes, in Ocea-
nū exit. Arar scatet ex diuersa parte Vogesi mōtis,
& lapsus per Burgundiā, passibus aliquot infra Lu-
gdunum, Rhodano miscetur. Rhodanus suprà Se-
dunos emanans, et per lacum Lemanum deuenctus,
ubi Lugdunum præterit, ad meridiem conuersus,
incredibili rapiditate, infra Arelaten, duobus ostijs
in mare mediterraneum sese ejicit, Isara tamen &
Druëtia prius receptis, Garumna descendit ex Pyre-
nenais montibus: allabitur Tholosam, & prope
Burdegalam exonerat in Oceanum. Iona & Albis
& Osia, sed hæc prius aucta flumine Axona, com-
miscentur Sequanę. Elauer ex Aruernis profluens,
in Ligerim desinit. De Somia satis dictum est in
commentarijs: Influit in Oceanum. Multi sunt alij
amnes atq; riuī, sed obscuriores. Ii uero quos dixi-
mus, tam secundi quam prīmi ordinis, nauigantur
omnes.

omnes. Cæterum, in Rhemorum urbe, Galliarum reges inaugurantr. Clodoueus rex, qui ante annos mille & triginta mortuus est, omnium primus religionem Christianam complexus fuit, ut ipsorum scripta narrant, & coelitus tunc inter alia dicitur allata fuisse pyxis, olei plena, quo deinceps inungerentur reges. Hoc etiam obiter annotare uolui, quoniam eius olei mentio fit postremo libro.

Alterum, cuius te, lector, admonendum putauis, illud est, In his commentarijs uti me uulgaribus atq; protritis uocibus honorū, ordinū atq; dignitatū, cuiusmodi sunt, Dux, Marchio, Comes, Ducatus, Comitatus, Cancellarius, Mareschallus, Connestablius, Admiralius, Cardinalis, Heremita, Canonicus, Officialis, Delphinus, Abbatia, & alicubi Francorum nomen, quod est monete genus apud Gallos. Bini paulo minus aureo coronato æstimantur. His autem uocabulis utendum est nobis, etiam in uitis, nisi magnam uelimus inducere scriptis obscuritatem: & utendum est, donec doctorum hominum approbatione & consensu, meliora fuerint inuenta, & lege sancita. Plæræcum omnia quid sibi uelint, uulgo notum est. Propter imperitos autem rerum Gallicarum, nonnulla sunt explicanda. Mareschali los quatuor habet Gallia, qui sunt uelut magistri equitum, & ad eos introducuntur lites rei militaris. His omnibus præest Connestablius, quo non aliis est amplior aut magnificentior honos. Eum dignis-

Aa ij tatis

tatis gradum, superioribus annis, apud Franciscū
primum obtinuit Carolus Borboniæ Dux, qui ad
Cæsarem postea defecit. Principibus autem pro-
priè conuenithoc munus; uerum quia per se ma-
gnum est, & eximium; reges plerumq; tribuunt il-
lud hominibus mediocrī conditione & nobilitate,
quos facile cohibeant, et qui ex humili loco ad sum-
mam dignitatem perducti, magis ipsos reuerean-
tur. Et sicut isti fere sunt acceptiores Regibus: ita ui-
cissim reliqui ordines, ac nobilitas potissimum, ma-
lunt principem aliquem ad eam rem deligi. Nam
ijs, qui sunt ex illustribus nati familijs, uehementer
dolet, quum tenuiores homines præferti sibi uidēt,
& eorum coguntur imperio parere. Ac multis cala-
mitosum sæpe fuit, munus hoc administrasse, quod os
alioqui uitæ conditio mediocris poterat inuidiæ &
periculo subducere. Sed incidit aliquando tempus,
quo nullus est Connestablius: & post Caroli Bor-
boniæ Ducis defectionem, per quatuordecim an-
nos, ac eò amplius, nullum Franciscus Rex crea-
uit. Ad Amirallium pertinet omnis procuratio &
disceptatio rei maritimæ, & classis regie, sic ut Con-
nestablius quodammodo sit legatus Regis, quum
bellum terra geritur, Amirallius autem mariti-
mo bello præsit. Sed totum hoc in regis arbitrio po-
situm est, qui illorum opera, quibus in locis uisum
ei fuerit, utitur. Delphinum Galli uocant, aut na-
tu maximum Regis filium: aut si non sit filius, des-
ignas

signatum Regem; hoc est, eum qui Regi successus
rus est, ob generis propinquitatem. Ad hunc pro-
priè pertinet ea regio, quæ Delphinatus dicitur.
Vt or etiam consuetis & hodie receptis oppidorum
& regionum nominibus, ut omnia sint magis plas-
na. Quod nunc Cameracum dicitur, à Cæsare Sa-
marobrinam putant esse uocatam. Caletum ille
portum Iccium uocat, tametsi & Caletorum memi-
nit. Eburones dicuntur esse Leodienses. Menapij,
sunt Cliuenses, Iuliacenses, & Geldri. Ego ne quid
relinquerem obscuri; malui uulgaribus uti. Ethæc
pauca, solum exempli causa posui, ut & de reliquis
idem æstimetur, & ne quis cōqueratur, neglectam
esse à me antiquitatem. Cataphractorum frequens
admodum fit mentio, & necessariò quidem ea uoce
nobis utendum est. Et sicut Cæsar uocat ephippia-
tos equites, qui sellis insident inter equitandum; ita
nos eos equites, qui toto corpore sunt armati, cata-
phractos uocamus, græco nomine, quia latino des-
tituimus. Libro tertio per occasionem fit mentio
Comitis Veromanduorum: Is fuit Herbertus,
qui Carolum Simplicem, Galliæ regem, Peronæ,
per prodictionem, dum simularet amicitiam, cepit,
ac in carcere, per biennium & eò plus detinuit, do-
nec ille moreretur. Eduardus Angliæ rex, cuius
frequentem mentionem author facit, est eius nomi-
nis quartus. Ei successit filius eiusdem nominis,
quem Richardus patruus deinde necauit, occupa-
ta res

ta regni possessione. Richardum elecit Henricus se-
 ptimus, pater Henrici octauii, nunc Angliae regis.
 De milliaribus quoties mentio fit; illud intelligent
 dum est, pro cuiusc^e regionis modo & cōsuetudine.
 Postremo, quam interpretandi rationem in hoc
 opere sim secutus, facile quiuis, ut puto, iudicabit.
 Non astrinx me ulli seruituti, & hoc solū spectatu,
 ut quā uerissimē expressam sententiam, familiari
 & proprio sermone latīno redderem. De rebus An-
 glicis author quiddam prolixius recitat: uerum, ne
 feriem narrationis impeditam redderem, paucioris
 bus illud, libro quarto, explicaui. Author etiam per
 capita suum opus est partitus: ego uero per libros,
 ubi cuncti argumenti qualitas id uisa fuit postula-
 re. Adhæc, ubi de bello scribit, quod à morte Caro-
 li, Rex per Auraicæ Principem in Burgundia gere-
 bat, expatiatur in locos communes, ac multas in-
 terserit illustres sententias. Verū ne perturbaretur
 ordo, in finem operis totū hoc reieci. In reliquis om-
 nibus nihil est immutatū. Quicquid autem in eo cō-
 sumptum est operæ & laboris: Germanię, hoc est pa-
 triæ, totū est impensum, cui talium rerū cognitionē
 opinor posse prodesse. Quò magis spero, gratū plē-
 risq^e futurū esse hoc meum officiū. Ea uero, quę h̄c
 explicande causa historię subiecī: ueritate nituntur,
 & ex fide recitata sunt oīa, quod facile agnoscent
 Gallicarū rerum non imperiti. Vale. Argentine.

xxii. Februarij. M. D. XLV.

Illustriores

ILLVSTRIORES AC

præcipui loci, passim his commen-
tarijs inspersi.

I ntemperantiam & luxum Deus punit	19.
Modestia maxime decet principes	33. 215.
Difffidentia summa inter principes	35. 36. 102. 107.
Rebus dubijs debent cœlari consilia	45.
Describitur ingenium Ludouici regis	46. 333.
Principes ferè corrumpuntur educatione	47.
Vnus aliquis uir, nonnunq[ue] est instar multorum	53. 235.
Collocutiones priuatæ, belli tempore sunt pericu- losæ.	54.
Ludouicus Rex prudenter dirimit fœdus princi- pum	57.
Vnius alicuius authoritas sœpe est necessaria	60.
Duo sunt genera Principum	61.
Qui sunt confederati, si dissipentur, in præsens pericu- lum sese conſciunt	63.
Multorum audiendæ sunt sententiæ in deliberatio- nibus	68.
Aduersum prælium facere, est res plena periculi	72.
80. 111. 225.	
Placidis ingenij libenter Deus adest	77.
Ad Principes proprie pertinet, multis bene facere	77.
Superbiam ferè comitatur calamitas	81.
Historiarum cognitio Principibus est necessaria	85.
Hominum actas & mores, in dies magis magis dege- nerant	86.
Bb	Principes

I N D E X.

Principes ignauij & uoluptarij sunt indigni, qui re-	
gnent	87.
Non est consultum, ut reges in collocutionem ipsi ue-	
niant	90.
Non est allo tempore contemnendus hostis	97.
Hostis desperatus ualde est metuendus	104.
Vulgus habet opus aliquando duce & moderatore	109.
Principes honestam aliquam causam suæ cupiditati	
sæpe prætexunt	118.
Eruptiones eorum qui obsidentur, sunt ipsis ferè peris-	
culosæ	126.
Ingenium Caroli describitur	128. 247. 336.
Quomodo sint tractandi legati tam hostium quam ami-	
corum	134.
Abstinendum est à uerborum contumelijs	152.
Quomodo aliquis gerere se debeat erga suum Prin-	
cipem	156.
Crudelitatem nullam Deus sinit impunitam	158. 319.
Quomodo plurimum noceri possit hosti	160.
Quomodo reges Angliæ pecuniam à suis eliciant	163.
Quomodo Ludouicus rex impetum Caroli fre-	
gerit	163. 167.
Responsum Friderici Cæsarisi ad legatum Ludouici	
Regis	170.
Magni sæpe uiri, etiam admoniti, pericula uitare non	
possunt	202.
Bellorum authores plærunq; tristes habent exitus	210.
Principum calamitates oriuntur ab ultore Deo	213.
Nuper acquisitis prouincijs præficiendi sunt uiriboni &	
humanii	218.
Rebus aduersis debemus agnoscere peccata, petere ueni-	
am à	

I N D E X.


am à Deo, & consulere amicos	234.
Obstinationis calamitosæ exemplum	237.
Principes debent esse alieni à prauis consilijs	239.
Legatos oportet esse homines peritos & circumspic- tos	243.
Bonus Princeps, magnum est Dei donum	248.
Reges, non quid ipsis utile, sed quid honestum sit & æ- quum, respicere debent	245.
Nemo est omnium Principum, in quo non sit aliquid reprehendendum	257.
Effrenis & indomiti populi exemplar	268.
Populus fert inuitus exterritum imperium	289.
In celeritate magnum sæpe positum est momentū	296.
Seditio popularis punita	297.
Benefaciendum est, dum sanitatem corporis & mentis largitur Deus	303.
Qui metui uolunt, coguntur tandem alios metuere, ac omnia habere suspecta	327.
Principum fere misera est conditio, eorum præsertim, qui cupidi sunt & ambitiosi	331.
Factiones potentum semper coniunctæ sunt cum peri- culo	337.
Qui sit status rerum per Europam	343.
Doctrina plætunq reddit homines meliores	344.
Quibus artibus mali Principes utantur	346.
Nulli Principi licet inuito populo pecuniam impe- rare	348.
Principes de populi cōsensu debent bella suscipere	349.
Incredulitas nostra, est flagitorū & scelerum causa	353.
Malos Principes Deus aliqua repentina clade sæpe punit	355.

F I N I S.

Errata.

Fol.	Vers.	Lege
47	27	uiris bonis;
73	primo	(secum) abundat;
184	16	impetrat.
223	16	animaduerteret.
320	18	nondum impletæ.

ARGENTINAE, APVD CRA-
TONEM MYLIVM, ANNO
M. D. XLV. MENSE
FEBRVARIO.



OCN 1333931850

A 1682346



